VENETO
A

Ioannis Guinthe

RII ANDERNACI

MEDICI COMMENTARIVS DE

Balneis, & aquis medicatis in tres Dialogos distinctus.

ATENEO VENETO
VENEZIA

ARGENTORATI.

Cum Priuilegijs Imperatoris & Regis Galliarum.

AVTOR LECTORI

Quot ſint foßilium ſpecies, quas ipſa natura
Miſturas iungat, quotq; quibusq; modis.
Quid fontes acidos reddat, quæ cauſſa perennis
Exiſtat calidæ, quæue tepentis aquæ:
Quot numero ſacri fontes, & aquæ medicatæ,
Ex his quid potio, balnea quid ualeant:
Balnea dulcis aquæ, quid præſtent, balnea lymphæ
Incoctis herbis, radicibuſue ſimul:
Inſuper ex oleo, uino, ſeu lacte parata,
Indicat exiguus ampliter iſte liber.
Si quod erit mendum ſcripturæ, candide lector,
Corrigito: deſit, liuor & inuidia.

Ad Clarissimum

ANTISTITEM D. IOANNEM ARCHIEPISCOPVM TREuericum, & principem Electorem.

IOANNIS GVINTHERII ANDERnaci medici, *Præfatio.*

ADMIRANTI MIHI sæpenumerò, Princeps honoratissimè, quot & quanta DEVS OPT. MAX. secũdæ ualetudinis conseruandæ, & aduersæ recuperandæ beneficia, auxiliaq; generi humano pro sua immensa bonitate, & clementia sit largitus, maximæ omnium uidentur aquarum medicatarum è terræ uisceribus scaturigines. Nam ut cætera remedia siue ex herbis, siue ex fructibus, siue ex arbori-

bus, ſiue ex alijs rebus procreata, ſummas hominibus utilitates adferant, tamen hæ multò illis gratiores, cõmodiores, et efficaciores exiſtunt, ut quæ ægros in quauis propemodum ætate, temperamento, & ſexu grauiſsimè afflictos, deſertoſq; â medicis & deſperatos, ſi non ad integrã ſanitatem, certè ad meliorem ualetudinem ſæpe reducunt, præſertim ſi dexter illarum uſus accedat. Non enim ſatis eſt nouiſſe, quam fontes iſti originem, uires & facultates habeant, ſed etiam intelligere cõuenit, qui nam ex eis ad potũ, qui uerò ad balneas, aut qui ad utrunq; ſint idonei: item quibus ſinguli naturis, quibusq; morbis peculiariter proſint, aut incommodent: nec non quo anni tempore, qua cœli tẽpeſtate, quot & quibus quotidie horis illis utendum ſit: adhæc quo pacto ægri antequam ſe ad eos conferant, præparari,

rari, quámqꝫ uitæ regulam & præ-
ſcriptionem, dum ipſis inſident, la-
uantóqꝫ aut bibunt, & poſtea etiã ob-
ſeruare debeant: quia profectus bal-
nearum non ſtatim, ſed tempore ex-
pletur. Quantùm enim horum ob-
ſeruatio ad proſperum cùm in aliis
medicinæ generibus, tum etiam in
aquis medicatis experiundis, ſucceſ-
ſum euentumóqꝫ ualeat: quantũ rur-
ſus eorundem neglectus, detrimẽti,
& infortunij adferre ſoleat, nullus
non uel mediocris iudicij homo po
teſt animaduertere. Quippe in ob-
ſcuro non eſt, pleroſqꝫ ualetudina-
rios, qui temerè ſine periti medici
conſilio quaſuis aquas, tanquam ſa-
lutiferam illam piſcinã Bethſaidan,
diuinis præditam uiribus accedunt,
non ſanitatem ſperatam, ſed nouos
morbos, prioribus deteriores, ne di
cam pernicie ipſam domum repor-
tare: præſertim, cùm illis abuſi fue-

rint. Qua de causa uolui hunc Com
mentarium, cuius rudimentum ali-
quod anteà uidisti, in iuniorum me
dicorum gratiam, et communem o-
mnium utilitatem conscribere, ex
quo breuiter & facilè, quarum aqua
rum balneas, aut potiones, aut utras-
que consulere, quáscz uictus ratio-
nes singulis ualetudinarijs præscri-
bere debeant. Quamuis enim com-
plures patrum, et nostra memoria tũ
latina, tum uulgari oratione de ba-
neis naturalibus libros ædiderint:
tamen parum, aut nihil de uero ipsa-
rum usu mentione dignum literis
prodiderunt. non dico quód fon-
tes acidos, salsulásczs omnino præte-
rierint: cúm tamen inter medicatas
aquas non infimum locum obtine-
ant, ut qui etiam summis affectibus
tum internis, tum externis, magis
quám credi possit, opitulentur.
Quod etsi anteà longo usu & experi

entia

entia explorarim: tamen ut certius quiddam accuratiusq; de eis memoriæ proderem, malui, si non omnes, certè nobilissimos quosq; rursus in hac mea grandiore ætate ipsemet accedere, inquirere, & examinare, quàm superioribus meis experimentis, & aliorum narrationibus fidem adhibere. Ad quam rem perficiendam Georgius Agricola & Reinerus Solenander, alijq; nostri temporis uiri eruditi quidam, non parũ adiumenti scriptis suis mihi attulerunt, ne quenquã sua laude fraudẽ. ingenui enim pectoris est candidè fateri, per quos profecerit. Porro cùm sæpius accidere soleat, ut medicatarum aquarum copia destituamur, cogitaui me etiam operæ precium facturum, si rationem & modum indicarim, quo aliæ in illarum locum ex rebus fossilibus fingi, substituiq; possint; adhæc quo pacto interdum

balnea ex aqua dulci, uel ſimplici, uel ea, cui herbæ, radices, ſimiliaq; ſint incocta, uel ex aliꝭ humoribus, & in quem uſum parari queant. Placuit igitur Commentariū iſtum in tres Dialogos diſtinguere, ut primus balneas naturales, & factitias: ſecundus deinde acidularum, ſalſarumq; uſum: tertius lauacrorū ex aqua dulci, aliꝭſq; humoribus differẽtias continеat. Quicquid autem laboris, ſtudiꝭ & operæ in hiſce omnibus, quæ publicæ utilitatis cauſa à me ſuſcepta ſunt, experiundis, illuſtrandis, & diuulgandis inſumpſerim, Antiſtes ampliſsime, id omne tibi dedicandū & ſub clariſsimo tuo nomine publicandum cenſui. primùm quòd te ex honoratiſsima, nobiliſsimaq; familia à Leyen ortū, à primis aduleſcentia annis literis humananioribus, ſequentique ætate grauioribus diſciplinis homine ingenuo dignis, non

tantùm

tantùm in Gallijs, ſed etiam in Italia feliciter inſtitutum, tantoq; ingenio prædítum cognouerim, ut etiam res abditas, & miracula naturæ intelligas. deinde quòd nunc etiam in excelſo dignitatis gradu conſtitutus, omnes eruditos probósque uiros, qui aliquid de literis iudicare poſſint, ſingulari quadam beneuolentia & amore foueas, & complectaris: quod in me ſuperiore anno reipſa ampliter declaraſti, dum me tantis Beneficijs ornares, ut ſi uicíſsim non officijs, fide & obſeruantia perpetua illis reſpondeam, ἀχαριστίας crimen meritò incurrere uidear. Proinde te rogo Princeps clariſsime, ut hoſce meos labores, unà cum auctore, tuendos, defendendosq; æquo benignoq; animo ſuſcipias, dum maius otium ad uetera ſtudia recolenda, conſecutus fuero. Vale Argentinæ Kalend. Septemb.

INDEX IN TRES HO
SCE DE BALNEIS ET AQVIS
medicatis dialogos.

A

ACidulæ unde fiant 112. 113
Acidula in Antegast 129
in Bassenheim 133
in Bellerthal 131
prope Brubach 146
prope Byrckenfeld 130
iuxta castrũ Buretzheim 140
in comitatu Spiegelberg 142
in Deynach 128
in Gebersweiler 130
Haylborn dicta 155
in Kerlich 133
Kesselbron dicta 133.138
in Kissingen 148
iuxta Kronenberg 147
in Leũningen 130
in Lonquich 131
in Mendich 133. 138
in Mertesdorff 131
prope Meyen 148
iuxta Montebaur 144
in Mülhen è regione Confluentiæ 144
Pönterborn uocata 134
Tyllerborn dicta in ualle Saurenthal è regione oppidi Bacharach 146
in Vberkyngen 126
in Vuestphalia iuxta Dorum nouam 142
prope Wynningen 132
Acidulæ ad ripam Ahr 139
ad ripam Broyll 137
apud Andernacum 134
apud Aegram Boëmiæ 24
in uicis Cissen 139
iuxta Cobern 132
in comitatu Hanoënsi & finibus Cattorum 147
in ducatu Vuirtembergensi 125

prope

prope Niderlanſtein & balneas Embſenſes 145
apud Rhetos 128
apud Rotemburgum 127
in ſylua Arduenna iuxta uicum Spah 149
apud Tarbellios in Daun 140
apud Treuiros 131
Acidulæ ad quos morbos ualeant 115. item quibus obſint 117
Acidulæ frigidæ correctio 119
Acidulæ quando & quomodo potandæ 117.
Item quanta menſura præſcribendæ 118
Aër qualis ad curationem corporis in aquæ uſu requiratur, et quomodo corrigendus 30. 31
Aeger quomodo ad potionem aquæ medicatæ præparandus & illa aſſumenda ſit 32
Aluus quibus ducenda in aquæ medicatæ uſu 34. 62
Aquæ medicatæ in Italia 96.97.98 99.100.101. 102. 103.104.105.106. 107.108.109.
Aquæ medicatæ ſi non rurſus excernantur quid agendum 37
Aquæ medicatæ calidæ potionis uſus 32
Aqua medicata quando, quomodo & quandiu bibenda 34. 39
Aquæ medicatæ quando ſalubres, aut noxiæ 29
Aquæ medicatæ quibus proſint 20.
Item quæ in illis obſeruanda 22.
Aquæ naturales non æquè calidæ 26
Aquarum examinandarũ ratio 10.13
Aquarum medicatarum effectus 15
Aquarum naturalium uſus 28. 45
Aquas calidas, aut tepidas quid efficiat 24.27
Aquæ medicatæ an ex una reſoſſili 4. 23
Aqua dulcis quomodo medicata

dicata reddatur 9
Aqua per uomitum si red datur quid agendũ 37
Aquæ calidæ natura Abudaci in Baioaria 70
Aquenses 72
Badenses ad syluam Harciniam 65
Badenses apud Heluetios 72
Badenses in Austria 68
Brigenses apud Valesios 74
Caroli quarti in Boemia 64
Castienses 67
Emsenses 70
Fabariæ 77
Leucenses apud Valesios 75
Plumbariæ 80
Syluestres seu fermæ 81
Vuisebadenses 66
Aquæ manufactæ calidæ 84
Annebergenses ibid.
Badenuillenses 94
Batouillenses 94
Bertringenses 91
in Brinzbach 94
Cellenses 85
Embsenses iuxta Constantiam 89
Glotterbadenses 95
Hubenses 88
in Leonstein 91
in Löffingen 90
in Niderbron 93
Ribbad dictæ 95
iuxta Vberlingen 90
Vuillingenses 94
Vuembdingenses 87
Waldsbron 92
in Wolckenstein 84
in Zuckenthal 95

B

Balnearum uires quomodo augendæ in singulis morbis 40. 154. 155. 156. 157
Balnei profuturi nota 46
Balneis dulcis aquæ quando & quomodo utendum 181.
Balneum dulcis aquæ quibus noceat, aut prosit 177. 178 188. 176
Balneum ex lacte, uino, & oleo quibus prosit 194
Balneum frigidum, et temperatum

peratum 180

C

Calidæ potionis usus 32
Calori iecoris & renum quibus auxiliandũ 59
Capitis dolor & destillatio quibus tollatur 60. 68. 174.
Cibus ad Balneas idoneus 55. 56. 57. 187. ad acidulas quis elegendus 122. in febri quis 58.
Cibus ante excretionem aquæ non sumendus 38
Clyster ad alui astrictionẽ 62. ex aqua medicata 45. ex acidula 121
Concoctionis notæ 33
Corporis ante usum medicatarum & acidularũ aquarum præparatio 32. 122
Corpus quibus lauationi præparandum 41
Correctio balnearum naturalium 40. 154.
Cutis quibus facilè aut difficulter exulceretur 48. 49.
Curæ fugiẽdæ in aquæ medicatæ 34.
Curationis certum iudiciũ in balneo 49

D

Dolor et destillatio capitis quibus remedijs discutiatur 60. 61.
Defectio animi quomodo corrigenda 58

E

Electuarium ad aquæ potionem 39
Euacuatio corporis totius semper necessaria etiam cùm pars tantùm est affecta 95.
Excretio acidæ aquæ quot modis fiat 120
Exercitatio qualis esse debeat 51. 123
Extenuatus quo utetur balneo 178
Exulceratio cutis non semper laudatur 47

F

Facultas singulorum fossilium 4. 5.
Febris quibus tollendæ 58.

Frigida

Frigida lauatio quid faciat 179. 180
Fons Creusinus 85
Fontes feruentes in Germania tres 63
Fossilium effectus 4. 5. 14

G

Germanorum in potando & lauando abusus 36. 45. 119

H

Horror quando ex balneo incidat 178
Horæ quibus quotidie lauandum 182

I

Ignis subterraneus quibus in locis cõtineatur 24. 25
Insessus quid & quibus utilis 162
Insessus flatus discutiens 198
Insessus ad anum 262. ad calculum 196. 197. ad colicos dolores 198. ad hæmorrhoidas 200. ad ad menses & tumores naturalium 199. 200. ad tenesmum 203. ad inflammationẽ uteri ibid. ad uesicam calculosam 199. ad uulnera 203. ad renes inflammatos 195. ad uteri et hæmorrhoidum fluorem 163
Instillatio aquæ medicatæ quando & in quibus partibus conueniat 52. 53
Instillatio in caput cur in Germanis periculosa 53
Italicus modus aquæ bibendæ 36, 46

L

Laconicum 41. quibus cõueniat 170. quando eo utendum 181. 167
Lauandi mala consuetudo 43. item tempus 47.

M

Medicamenta à balneo 51. ad

51. ad renum & uesicæ uicia quæ prosint ibid.
Mensura aquarum medicatarum ad potum 35.118

N

Nota profuturi balnei 46

O

Ordo in acidularũ usu obseruandus 119

P

Potio aquæ quot diebus cõtinuanda 44. quando intermittenda 29.
Potus & lauacrum non simul conueniunt eodem tempore 35
Puluis ad calculum 51

Q

Quandiu aquæ medicatæ bibendæ 39. item quãdiu balneis immorandum, 185. in illis quid agendum 184
Quo morbi tempore lauãdum 183

R

Res fossiles eiusdem facultatis 4

S

Salsulæ compositæ quibus morbis conferant 149
Sapor fossilium 11
Sitis remedia 61
Solium dulcis aquæ 167. 171.173. quale & quando conueniat 177.179. 182.
Somnus à potu aquæ medicatæ quando concedendus 38
Symptomata in acidularũ usu 123

T

Tempus balnei cuiq; pro sua natura et statu præscribendum. 44.
Tepidarium 166
Terræ insignes fontes dulces inficientes 4
Terræ species in ferri uenis quæ 15

V

Vires balnearum quibus augendæ 40. 154.155. 156. 157.
Vsus balneorum ex dulci aqua 166

IOAN=

Ioannis Guinthe

RII ANDERNACI

MEDICI,

DE BALNEARVM ET FONtium medicatorum dulciumq; facultate & usu.

DIALOGVS PRIMVS.

MATHETES: Cùm permulta hactenus remediorum genera ad morbos curandos percenſueris, optime præceptor, mirari ſatis non poſſum, cur nihil etiã de balneis, & fontibus medicatis, ſicut alĩ ſolẽt, mihi indicaris. Si quid ergo auxilĩ ex his quoque ad ęgros peruenire poſſe cõfidis, oro te, ne diutius id me celes. GERON. Non alia de cauſſa hoc me feciſſe confiteor, quàm cupiam iuniores medicos primùm alias medicinarum ſpecies in morborum curatio-

nibus tentare: deinde vbi hę nihil profecerint, balnearũ uſum ęgris præſcribere. Nã his morbi plærique etiã grauiſſimi, qui alijs nullis auxilijs tolli poſſunt, ſæpe diſcutiuntur, ſed inueterati magis quàm recẽtes: vnde etiam olim ſacri à ueteribus meritò ſunt appellati.

Fõtes ſacri cur olim appellati

M. Proſuntné quilibet fõtes omnibus

Fõtes quilibet omnibus corporis uicijs nõ proſunt.

corporis uicijs? G. Minimè gentium, ſed ſinguli ſuis naturis morbisq; conferunt, uel incõmodant, id quod optimus quiſq; medicus dijudicare poteſt.

M. Erudias igitur me, quas uires aquę iſtæ medicatæ habeant, quas item dulces, uel ſolę, uel cum alijs rebus mixtę, & quis ſalubris omnium ſit uſus.

G. Vt hæc facilius cognoſcas, primùm enumerabo breuiter, unde illæ oriantur: mox quid præſtare queant expediam.

Res foßiles q̃ aquas medicatas reddunt.

Res ſanè quædam ſubterraneæ et foſſiles, ut lapis, metallum, ſuccus tùm liquidus, tùm concretus, terræ inſignes, nec non mixtum, ignis terrę inſitus, & halitus, dulces aquas contagio ſuo adeò inficiunt, immutantq;, ut nõ modò qualitatem eis alienam, ſed etiam

tiam materiam insinuent. M. Quid nomine lapidis cõprehendis? G. Saxum durũ, ut marmor, saxum ipsum, gemmamq; item saxum molle, ut calcarium, arenarium, & gypsum. M. Quæ inter metalla præcipuè aquas imbuunt? G. Aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum. M. Qui autem terræ succi? G. Ex concretis, alumen, bitumen, sal, nitrum, sulfur, atramentum, chalcitis, misy, sory, & melanteria. Ex liquidis, alumen liquidum, quod paulò crassius est essentia, succusque lapidescens, & bitumen liquidum: atq; ex his alius est pinguis, alius macer. hic rursus materiæ ex qua nascitur, ratione uariat. Nam si cum terra fuerit mixtus, aut sal, aut nitrum generatur, unde nitrosi, & salsi fontes proueniunt. Sin autẽ metallo adiunctus fuerit, concrescens efficit chrysocollam, æruginem, cæruleum, interdum ferruginem. M. Quid appellas mixtum? G. Aes, pyriten, uulgo marcasitam, & similia. M. Quænã terræ insignes fontes dulces inficiunt?

Lapidis nomine quid intelligatur.

Metalla aquas inficientia.

Succi terræ aquas imbuentes.

Succorũ aliũ macer, aliũ pinguis.

Mixtũ quid?

Terræ insignes fontes dulces inficientes.

G. Ochra, rubrica, synopica, & id genus aliæ. Ita quoq; ignis terræ insitus, halitus, seu uapor, aut spiritus. cùm autem is non simplex & naturalis, sed mixtus, uitiosusq;, & tota sua essentia corruptus, aquas inficiat immutetq;, nullus eius in re medica usus existit. M. Vniusnè fossilis rei materia fontes omnes & aquæ imbuuntur? G. Nunquam, aut rarissimè, sed plerunq; duarum, aut triũ, aut quatuor, raro quinque, rariùs omnium. Sicut enim res fossilis, aut metallum purũ, ac simplex raro inuenitur, sed aut mixto, aut lapide, aut terra, aut succo, aut omnibus his, aut quibusdam temperatum: sic aquæ medicatæ magis uarijs, quàm simplicibus rebus imbutæ reperiuntur, nec ijs unius semper generis, aut speciei, sed etiam diuersis & contrarijs, ut hę illarum uim retundant. M. Quæ eiusdem inter se naturæ & facultatis existunt, quę rursus contrariæ? G. Idem ferè possunt sulfur, bitumen, nitrum, sal, æs, calx, alumen; ut quæ singulæ humores cale-

Aquæ unius rei fossilis materia non imbuuntur.

Res fossiles eiusdem facultatis quæ existant.

faciant,

faciant, ſiccentq́, nec non incidant, extenuent, abſtergant, trahãt, & diſſipent. Ex his autem ſulfur, & bitumen emolliunt, & quaſi reſoluunt. Alumen uerò, ſal, æs, & nitrum aſtringũt, & roborant: ſecundo ordine calfaciũt & ſiccant. Calx autem adeò calfacit, ut etiam cùm reſtinguitur, erodat & urat. M. Quæ hiſce contrarias uires obtinent? G. Aurum, argentum, ferrum, plumbum, gypſum, ut quæ ſecundo ordine refrigerent, ſiccentq́, atq́ ideò aſtringant & reprimant. M. Hæc uel ſimilia uel diuerſa omnia æqualinè proportione in aquis medicatis commiſcentur? G. Nequaquam, ſed aut hæc, aut illa in miſtura ſuperant, atq́ excellunt. vnde etiam fontes, qui copioſo ferro, pauciore autem alumine infecti ſunt, ferrati dicuntur & aluminoſi, qui plus ſulfuris quàm nitri habent, ſulfurei & nitroſi. Atq́ ſic de alijs cenſendum eſt. M. Referas amabò, quomodo ex ſimplici re foſſili, ac ſubterranea, aquæ reddantur medicatæ? G. Dixi ſuprà rariſſimè

Sulfur.
Bitumen.
Alumen.
Sal.
Aes.
Nitrum.
Calx.
Metalla ſuperioribus contraria.
Aurum.
Argentum.
Ferrum.
Plumbum.
Gypſum.
Foßilia non eadem proportione aquas omnes inficiũt.
Quæ res foßiles aquas dulces, medicatas reddant.
Fontes rarò

unare fossili inficiuntur.

ex una fieri: quanquã salsi, & nitrosi fontes inueniãtur, sed hi à uincente in ipsis materia sic appellantur. Salsi in

Fontes salsi.

Germanię regionibus Saxonia, maximè iuxta Luneburgũ, Sueuia, Lothoringia, Principatu Bipontino, & alijs permulti celebres, sicut etiam in Bohemia. Nitrosi apud Lucenses Corseni dicti. Bituminosi cùm alibi tum ad uicum Brunonis nobile Saxoniæ oppidum, & in Italię agro Mutinensi: item in Gallia Auernis. M. Quando duæ res subterraneæ aquis commiscentur dulcibus? G. Cùm hæ uapore ac halitu terræ infectæ, uel mistum combibunt, uel lapidem, uel metallũ, uel ex terra & succo aliquid abradunt. Similiter cùm misto imbutæ, adhuc etiam inficiũtur, uel lapide, uel metallo, uel cum ijs quæ ex terra, aut succo abrasa sunt miscentur. Eodẽ modo cum lapide infectæ, subinde etiam metallo imbuũtur, aut terras eluũt, aut succũ. Itẽ cum metallo imbutę, terram quoq; recipiũt, aut succũ. Postremò cùm terrã abraserunt, sępe etiam succo inficiuntur.

Nitrosi.

Bituminosi.

Aquæ duabus rebus fossilibus infectæ.

tur. In his quædã aquę duabus unius generis foſſiliũ rerũ ſpeciebus imbuuntur, ut in finibus Podãnici lacus, ad radicẽ montis, in quo caſtrũ Embs ſitum eſt, aluminoſæ & nitroſæ. Ex diuerſis autẽ in ripa Podamnici locus, ad oppidũ Vberlingen, plumbeæ & æreę. In ditione Baronis à Gerolzeck nõ longè ab oppido Gengẽbach, fons Brinsbach dictus, ex ære & ferro conſtat. In Etrurię Viterbio de Grotta ex ferro & ære. Iuxta Caſpanũ uicũ Maſſenæ, ex arena & pauco ferro. Sic Lucenſes de Villa, & in Etruria de aquis ex ferro & alumine. M. Quando tribus rebus ſubterraneis aquæ imbuuntur? G. Cùm halitu infectæ etiam miſto imbuuntur & lapide: uel miſto & metallo: uel miſto & terra, uel miſto & ſucco. Sic cùm imbutæ miſto, adhuc lapide & metallo quoque inficiuntur: uel cùm aliquid à lapide aſsumunt, & terram abradunt: aut cùm aliquid abradunt à lapide & ſuccum combibunt. Ita cum lapide infectæ, aliquando etiam

Aquæ aluminoſæ & nitroſæ apud caſtrũ Embs.

Aquæ plumbeæ & æreæ.

Æreæ & ferreæ.

Ferreæ & æreæ.

Arenoſæ & parum ferratæ.

Ferratæ & aluminatæ.

Aquæ tribus rebus infectæ.

terra & metallo imbuuntur, uel metal lo & ſucco: ſimiliter cum metallo infe ctæ terram abradunt & ſuccum com= bibunt. M. Exempla ſingulorum fon tium proferas. G. Vnius ſanè gene= ris, in ducatu Virtembergenſi, in ſyl= ueſtribus locis ſcaturientes, unde etiã olim Waldbad / nunc Wildbald uulgo dicuntur, ſulfurei, ſalſi, & alu= minoſi. Tales etiã ad ſyluam harciniã uel Martiacã Badenſes: nec non apud Abudacum Baioarię, ſulfurei, alumi= noſi & nitroſi. Diuerſi autem generis ſpeciebus conſtant, in Treuirenſi Ar= chiepiſcopatu iuxta oppidum Witt= lich, Bertringenſes ex ferro, alumine, & ſulfure. in Alſatia apud Geberſuil= lam ex alumine, nitro & ferro. in Lo= tharingia ex plũbo alumine & nitro. in Senenſium agro Aueonẽſis dictus, ex ferro, alumine, & modico ferro. M. Quando aquę quatuor rebus permi= ſtæ dicuntur? G. Cùm halitu terręin= fectæ etiam imbuũtur miſto, lapide & metallo: uel miſto, lapide & terra: uel lapide, miſto, & ſucco. Sic imbutę mi= ſto ſæpe

Aquæ ex tribus foßilibus eiuſdem generis.

Aquæ diuerſis foßilium generibus infectæ.

Aquæ 4. rebus infectæ.

sto sæpe lapide et metallo inficiuntur, terramq; abradunt: aut cum lapide & metallo imbuuntur, terra inquinãtur succumq; combibũt. Ita cùm tẽperantur misto, sæpe etiã lapide & metallo inficiũtur, succumq; cõbibunt. Postremò cum lapide imbutę, metallo quoq; & terra inficiuntur, succoq; imbuuntur. M. Vbinã tales inueniri possunt? G. Apud Porretam, nam omnes illic aluminosæ, parum sulfureæ, salis & nitri participes sunt. M. Quando quinq; rebus, aut omnibus inficiuntur? G. Rarissimè: nec uspiam fontes tales existere puto. M. Vbi autẽ materia continetur, quæ aquas in terris immutat ac inficit? G. Nunc in ipsarum origine, nunc in canalibus, quos illæ cùm natæ sunt, interfluunt: aliquando in ipsis uenis, fibris, aut saxorũ cõmissuris & crepidinibus, per quas terra pluuias absorbet, delitescit: per hanc (inquam) materiã, ubi aqua percolatur, dulcis naturam exuit, & medicata redditur. M. Quibus notis singulorum fontium medicatorum aquæ cogno-

Aquæ Porretanæ 4. rebus infectæ sunt.

Aquæ quinq; aut omnibus infectæ rarissime inueniuntur.

Materia fontes ciens ubi contineatur.

Aqua dulcis quomodo medicata reddatur.

Medicatarum aquarum fos-

Silia quibus notis cognoscantur.

scuntur, quarum rerum fossiliũ participes sint? G. Colore, sapore, odore, tactu: item ex facultatibus proprijs & ijs quæ illis insunt, quæq; cum eis crescunt: nec nõ ex effectibus. Vbi igitur medicatas aquas examinare uolueris,

Aquarum naturalium examinandarum ratio.

primùm illas excoquito in ferreo uase, aut potius in uitrea cucurbita destillato, ea quæ subsident in eis exiccato: deinde super tabulam sparsa, diligenter in sole inspicito. Nam omne succi concreti genus, si unũ aut alterum excipias, solis calore magis coagulatur, & eius lumine redditur illustrius.

Salis nota.

Quod ergo candicat, salem esse conijecturamus. quod autem cæruleum, aut uiride apparet, atramentum sutorium, quod græci χάλκανθον uocant, agnoscimus: quod ex albo ad fuscum modicè declinat, alumen putatur: quod luteum, auripigmentum: quod flauescit cũ uirore, sulfur: quod rubore quodam rutilat, sandaracha.

Atramenti sutorij nota.

Aluminis nota.

Auripigmenti Sulfuris.

Sandaracha.

M. Quid esse iudicas, quod ærugine, ferrugine, cæruleo, nigrore, aut alio id genus colore tinctum est? G. Aut

æs, aut ferrum, aut atramenti ſpeciem aliquam, aut quoduis aliud, ſingula ex ſuo colore eſtimans. M. Quibus notis metalla, ſaxa, et terra agnoſcuntur? G. Puriora metalla, ſicut & ſaxa ſolida, parum aut nihil aquas inficiunt. impuriora autem, minuſq; dura ſaxa, parum licet aquas imbuant, tamen aliquid immiſcent eis: unde ferratæ ferrugineum; æratæ æruginem: plumbeæ plumbeum colorem, atq; alię alios repręſentant. In ferri uenis hæ diffentiæ terrę inueniũtur: candida, quæ bolus alba dicitur, ochra, rubrica, & ſynopica: altera uerò rubrica magis elaborata à natiuo colore in ſynopicam tranſit, hæc tandem in ferrum. M. Quis ſapor res foſſiles indicat? G. Salſus, & quicquid ſalſum os aliquantiſper ligat, ſimpliciter ſalem innuit. Salſedo autem cum amarore, & ſi quid ſalſum incidat, & quodammodo abſtergat, nitrum refert. quanquam ſi id nõ fuerit copioſum, amarum non deprehendatur. Sin uerò acrimonia quoq;

Aeris, ferri, atramenti indicia.

Metallorum, ſaxorum, ac terræ in aquis nota.

Terræ ſpecies in ferri uenis quæ.

Candida.

Ochra.

Rubrica.

Synopica.

Altera rubrica,

Sapor foſſiliũ.

Salis ſapor.

Nitri.

Chalcanthi. Acidus sapor unde.

símul adsít, chalcanthũ notat: dulcis bolum innuit: acidus multa fossília te státur: inter succos quidem cõcretos, alumen, sal, nitrum, chalcanthum: in metallis æs, uulgo cuprum, & ferrum, cui nunc chalcanthum, nunc rubrica, & præsertim synopica quæ mater ferri est, nunc alumen, nũc sory, aut chalcitis, aut misy additũ est. Cũ autẽ sulfur admístum ferro est, aquę minus sunt acidæ. M. Quem odorem habent subterraneæ? G. Plærunqꝫ malum. sulfur & bitumen ut cætera ferè omnia, suum peculiarem. M. Quid si is non percipiatur? G. Res erit calefacienda, confricandaq́ꝫ, uel excoquenda & exurenda. nam ita odorem grauem, aut fætorem exhalabit. M. Quibus alĩjs notís res istæ deprehenduntur? G. Tactu. nam quædam post aquam excoctam aspera sunt, ut sal, nitrum, atramentum, licet hoc illis minus: alia læuia, ut alumen, símiliaq́ꝫ: alia spissa, ut alumen & atramentum: alia rara, ut sal, nitrum. atque sic de cæteris iudicandum. Quinetiam

Sulfur si ferro additũ minus acidas aquas reddit.

Fossilũ odor.

Tactus fossilium.

succi

ſucci quidã crepidare & proſilire, alĳ minimè auditu percipiuntur. M. Ex quibus alĳs ſubterraneorum miſtura cognoſcitur? G. Ex propriĳs ipſorũ facultatibus, nam ſulfur & bitumen ardent, ſuo ſingula modo, cætera nõ itẽ.

Ratio aquarum probandarum per deſtillationem.

M. Quid poſteaquam materia per deſtillationẽ ſecreta fuerit, uti ſuperiùs docuiſti, agendum cenſes? G. Aqua inſpici debet: cui ſi oleoſum quid, maximè ſulfur & bitumen immiſtum fuerit, magna illius pars ſupernatare ſoler, quæ odore, colore, ſapore cognoſcuntur, & ex flamma iudicantur, quę candentibus iniectis prunis excitatur.

Aquæ ſubſidentia uel innatantia quid indicent.

Sicut autem ea quæ aquis ſubſident, uel innatant, materiam illis inhærentem indicant: ita alueus, quem aquæ præterfluunt, terræ, ſaxa, uel metalla, item terra, unde aqua profluit, aut id quod ibi, aut in uicinia eius foditur, materiam facilè repręſentat, quę ipſas inficit. Sic labra, uel caſtella, quę emanantem aquam in uſus noſtros recipiunt: nec non ductus qui demiſſam è labris excipiunt. Pręter hæc examina-

Terra unde aqua naturalis fluit quid portendat.

Labra, caſtella, ductus aquarum cauſarum rationem obtinent;

ri debet, quis odor in aquę effluxu, aut cùm naribus admouetur, perſentiatur, quidq; locis ductibus uicinis adhæreat. Non negligendus etiã color illorũ, quo ex diuturno aquarũ perfluxu tincta ſunt. Inſuper uidendũ quod pauimentis labrorũ inſedit, aut parietibus accreſcit: adhæc q; oſtio, aut canalibus cognatum eſt, uel terra quædam, uel metallum fontis coloratis. Deniq; terræ ſuperficies, aut quę ſub primis glebis latent, ſiue ſaxũ, ſiue metalla; quæ peculiarem tum odorẽ, tum colorem referre ſolent, ſicut aquæ ipſius ſcaturigo, & aqua ipſa in duplici uaſe deſtillata naturã materiæ, quæ illã imbuit, indicare poteſt. M. Nullæ aliæ præter commemoratas hactenus, notæ ſunt, quæ aquarũ medicatarũ mixturam declarant? G. Effectus uniuſcuiuſq; ſatis euidẽs index eſt. nam omnes aquæ qualemcunq; materiã & proprietatẽ habeant, ex illo, ſicut arbores ex fructibus cognoſcuntur. M. Quid effectus nomine intelligis? G. Id quod aquę in morbis operantur. Si enim potę ſitim in corporibus noſtris extinguunt, cibi

Pauimenta.

Superficies terræ quid indicet.

Effectus ſingulas aquas ex quibus conſtent, indicant.

Effectus aquarum quid.

appetentiã excitãt, iecurq; et renes exs
calfactos refrigerant, membra natura
lia corroborãt, ferreę et aluminoſę eſse
dicuntur, ſed plus ferri, minus alumi
nis obtinent. Quę reſolutis ſubueniũt
ex mercurio auri ſcaturiũt, quę arqua
tum morbũ tollunt, ex mercurio uene
ris oriuntur. quæ febres ſanãt, ex ſpiri
tibus ſalis proueniũt. M. At quì fit, q;
æquè eoſdẽ morbos non ſemper diſcu
tiant? G. Quòd res foſsiles ſingulę ua
riis conſtẽt differẽtiis, morbiq; & ægri
natura illis nõ cõſentiat, unde ex cen
tũ ęgris uno morbo laborãtibus, quin
quaginta cõſaneſcũt, reliqui deteriùs
ualent. Quare medici in hoc ſummo
ſtudio incumbere debent, ut ſuũ cuiq;
propriũ idoneumq; balneũ conſulere
poſsint: quod certè nõ facient, niſi oẽs
res ſubterraneas probè cognitas habe
ant, hoc eſt, niſi intelligant, quę ſit ipſa
rum eſſentia, forma, genera, differen
tia, partes, qualitates primæ, ſecun
dæ, & ſi quæ ſunt aliæ, effectus &
proprietates. Item quid cuique pro
prium: quid habeant commune cum
aliis: quid natura ſua, & per ſe:

Cur aquarum effectus non ſemper re-ſpondeat.

Quid ſcire oporteat eum qui de aquis iudicare uelit.

Quibus & quot modis aquæ medicatæ sint utiles:

quid casu ac fortuitò efficiant. Aliæ siquidem frigidæ, aliæ calidę, aliæ temperatæ, aliæ æstate multùm frigent, hyeme tepent: nõnullę acidę & astringentes, nonnullæ quasi nullius manifestæ qualitatis participes sunt. Inter has omnes, hæ potu, illæ insessu ac lauatione, non paucę utroq; modo salubres sunt. M. Percenseas igitur ordine, quæ potu, quæ in balneis dũtaxat, quæ rursus duplici ratione utiles sint, & quibus singulæ uicíjs conueniant. G. Faciam: sed hoc prius monebo,

Aquæ medicatæ potu quid agant.

Aquas medicatas, quę potu assumuntur, siue calidæ, siue frigidæ sint, ad totius corporis purgationem exhiberi, & internis potissimum affectibus auxiliari. quæ autem balneis inseruiunt, externa maximè uicia curare, & singularibus quibusdã partibus, ueluti topica accommodari. quanq; etiam potæ, externis auxilientur. M. Dic oro quibusnã uiribus prędite sint aquę una refossili imbutę. G. Quamuis antea te docuerim, rarissimè, aut nunquã medicatas aquas extare, quæ una tan-

Salsarum aquarum uires.

tùm

tantùm re ſ ſ ſ

inflammationibus & tumoribus auxi liantur. M. Quid aluminata aqua, quę acida est, & astringit? G. Ventricu lum uomere solitum firmat, uesicę ul cera sanat, inordinatas mulierum pur gationes, et crebros abortus prohibet: ore eadem retenta, ulceribus ipsius opitulatur, & tumorem gingiuarum tollit, tonsillas gutturosas aufert. Atq; hactenus enumeratæ aquæ utroq; mo do auxiliantur: sequentes autem uno tantùm, nempe aut in balneis, aut po tu. quanquàm sępe in duplicem usum adhibeantur ab imperitis non sine pe riculo. Nam quæ chalcanthum, siue misy, siue chalcitidẽ, siue sory, siue me lanteriam combibunt, cùm multò ef ficaciores aluminatis uires habeant, ut pote astringentes & acres, potę no cent: in balneis autem, ulceribus con ueniunt. M. Quid de sulfuratis aquis sentis? G. Per se etiam in balneis dun taxat conueniunt: neruos calefaciunt & emolliunt, eoq; resolutis, tensis, contractis, & tremulis, perquàm uti les sunt: dolores neruorum sedant: ar

Aquæ aluminatæ acidæ uires.

Aquæ medicatæ uno tantùm modo utiles.

Aquæ sulfuratæ in balneis tantùm conferunt.

tuum

tuum tumores, discutiunt. Quare et iam prosunt manus, coxendicum aliorumq; articulorum morbis. adhæc iecoris, lienis, uteriq; tumores, & inflationes dissipant. Extrinsecus scabiem, lentiginem, uitiliginem exterunt, ulcera & multa alia cutis uicia sanant: hoc autem mali habent, quòd uentriculum resoluant, euertantq;, nisi cautiùs ei prospiciatur. M. Quid præstant bituminosæ? G. Eodẽ modo neruos sensim calefaciunt, & temporis processu quodam emolliunt, tophosq;, & alios induratos tumores, ex crassis humoribus in una aliqua parte collectos discutiunt. At uisceribus, & præsertim iecori, & uentriculo, nec non articulis affectis officiunt. quia fluxionibus obnoxios ita resoluunt, ut postea eisdem recipiendis oportuniores reddant, affligantq;. Stybi autem, uel gypso uiciatæ, refrigerando & astringendo in potu strangulant. M. Quid metallis infectæ aquæ, nempe auro, aut argento, aut ære, aut ferro, aut plumbo, siue potu, siue in

Aquæ bituminosæ quid præstent.

Stimmi uel gypso infectæ aquæ.

ATENEO VENETO VENEZIA

balneis efficiunt? G. Magis nocent, quàm prosint. neruos enim indurant, contrahunt, rendunt, artus pituita replent, inflantq; aliquæ gutturosos reddunt. Sin autem alijs rebus subterraneis simul inficiantur, magis salubres sunt, ut postea ab exemplis disces. nã multis & uarijs facultatibus præditæ sunt, uerbi gratia, quæ sale & alumine constant, excalefaciunt & siccant. id enim utriusq; commune est: sin autem plus salis, quàm aluminis habeant, aluum quidem mouẽt, sed nec eam, nec intestina multùm lædunt. nam salẽs uim alumen reprimit: sin plus aluminis insit, astringunt, & aluum sistunt mediocriter. Atq; sic de alijs iudicandum. M. Obsecro te quibusnam corporum naturis, & morbis singulæ aquæ medicatæ conueniant, quibus itẽ obsint doceas, ne in consulendo interim aberrem? G. Rectè. nam id à paucis hodie medicis obseruatur, unde ægri plus interdum detrimenti, quàm auxilij referre ex illis solent. M. Ne ergo id fiat, libenter addiscam, quibus has,

Metallis infectæ aquæ nocent.

Salsæ & aluminatæ aquæ quid efficiant.

Aquæ medicatæ quibus singulatim naturis, quibusq; morbis conueniant.

has, aut illas consulere, aut dissuadere debeam. G. Cùm medicatorum fontium primariæ facultates existant calidę, aut frigidæ, utraq; autem siccę, illę sanè frigidis, humidis, & obęsis corporibus ex usu sunt, nec non uicijs ex copiosis, crassis, uiscosisq; humoribus contractis, ut capitis dolori uetusto, resolutioni, conuulsioni, lethargo, catalepsi, suffusioni, auriũ tinnitui, quos uapor crassus peperit, obstructis sensuum instrumentis, tussi humidę, asthmati, uentriculo resoluto, aut pituita pleno. Item ilioso, colico, nephritico, & coxendicum dolori, iecoris, lienisq; obstructioni & tumori, aquę inter cutem, uteri affectibus, menstruis albis, sterilitati, chiragræ, podagræ, & omni articulario affectui auxiliantur. Adhæc tumori pituitoso & crasso indurato q;, scabiei, uitiligini, impetigini, elephantiasi, ulceribus, gangrenis, & alijs malignis uicijs succurrunt. Incommodant autem aquę rebus subterraneis calidis imbutæ, siue ipsę etiam sua sponte, siue per ignem admo-

tum caleant, omnibus calidis naturis, ſiccis & extenuatis nimiùm ſiue per morbum, ſiue per ſingularem uictus rationem, item ſiti excruciatis, & calida ſiccaq; intemperie infeſtatis: eryſipelati, febribus biliioſis, præſertim tertianæ ueræ: adhæc uoci, quia eius inſtrumenta exiccant. Quibus autem aquæ frigidę & acidæ exuſu uel noxiæ ſint, poſtea exponam. M. Quænam igitur in hiſce omnibus enumeratis aquis medicatis, obſeruanda putas, ne detrimentum potius quàm utilitatem conſilio meo ægris adferam? G. Quæ ſulfur & bitumen copioſum habent, membra per ſe nimis emolliunt ſoluuntq;, præſertim uentriculũ & iecur. Quæ autẽ ferri plurimũ, uel aluminis, uel æris, uel gypſi obſtinent, nimiùm aſtringẽdo ſibi ipſis meatus cutis precludunt, ut nihil excrementi diſſipare, aut diſcutere poſsint. Ex utriſq; miſtæ contrariis, partim reſoluunt, partim uim & robur membris adijciunt: ac quantùm ad primas qualitates attinet hæ refrigerant, illæ calefaciunt: ex am-

In aquis medicatis quæ obſeruanda.

Sulfuratæ & bituminoſæ quid incommodi adferant.

Ferratæ, uel aluminoſæ, uel æratæ, uel gypſeæ quantùm offendant.

Aquæ miſtæ utiliores.

babus

babus autem conflatæ, medium tem-
peramentum producũt. Quare tutius
est aquis mixtis ex fossilibns calidis &
frigidis uti: nam tales digerunt, diſsi-
pantq́, sic tamẽ ut membrorũ robur et
uires nõ resoluant, sed potiùs augeãt,
firmentq́. Ideo tanta naturæ solertia à
DEO OPT. MAX. data est, ut nullas ferè
aquas medicatas ex una re fossili tan-
tùm, sed ex pluribus cõstare uoluerit,
quãuis aliq́ alĩj́ magis in eis abundẽt.
M. Parẽne uim calefaciendi, aut refri
gerandi, siccandiq́ cũ rebus subterra-
neis obtinẽt? G. Minimè, sed retusam
magis & imminutam. quamuis enim
sulfur, bitumen, & reliqua superiùs
cõmemorata tertio ordine calefaciant
& siccent, non tamen eodem modo e-
tiam aqua sulfurata, aut aluminata,
aut similis tam efficax erit. Nam cùm
aqua per se sit frigida & humida, non
potest rerũ calidarum consortio ean-
dem uim acquirere, sed inualidiorem,
sicut etiam à contraria facultate ma-
teria profluens aqua, non æqualem
uim illi, sed longè ineffaciorem

Aqua medicata nulla ex una re fossilis constat salubris.

Aquæ medicatæ non paremuim cum fossilibus obtinent.

Aquarum facultas mutatur.

consequitur. At facultas aquarum medicatarum, non modò pro mistionis uarietate, sed etiam pro copia materię mutari consueuit, quę uerbis accuratè exprimi nequit. Ideo semper illę à re uincenti, ut dixi, appellationem sortiuntur, ut alia sulfurata, alia bitumino sa, alia ferrata dicatur, licet uerè tales non sint. M. Quę res subterraneæ aquas medicatas efficiunt luculenter exposuisti, quę uerò calidas, aut tepidas, cùm dulces plurimùm sint frigidæ, reddant, nunc explicato. G. Ignis in terrę uisceribus latitans, qui certi cuiusdam fomitis pastu immortalis existit, aliàs statim emoriretur, euanescereturq;. M. Quæ illum materia foueat conseruatq;? G. Succi concreti, qui aëris & ignis, minus autem aquę participes sunt, nempe sulfur & bitumen. Non tamen hęc absolutè ignem fouent, sed etiam alię res quodammodo commistæ, dummodo in ea contemperatione, alterutrum, aut utrũq; superet. Nam lapides quoq; bituminati, & terrę bitumine infectę, omnesq; ipsius

Aquas calidas aut tepidas quid efficiat.

Ignis in terra latitans.

Sulfur & bitumen ignis in terra fomites sunt.

Lapides bituminati.

ipſius ſpecies ignem fouere poſsunt. Sic etiam ſulfur ſiue ſimplex & purũ, ſiue terris cõmiſtum fuerit, & inquinatum ardet, igniq; fouendo conuenit. Sæpius autem ignis iſte in terrę uenis conditus, ex ſolo bitumine, aut aliqua ipſius ſpecie, ſæpiſsimè ex ſulfure, interdum ex utriſq; miſta materia fouetur. M. In eodem ne loco occultus ille ignis, qui fontes & aquas ſubterraneas calefacit, continetur? G. Nunc in ipſis alueis, nunc extra ipſos, aliâs utrobiq; exiſtit. In ipſo quidẽ alueo, ac ductu fouetur bitumine, cùm aquę nigræ, ac fœtidæ prodeunt: ſicut ſulfure ibidem alitur, cùm illę in ſpumã attolluntur, id ipſum odoratu referentes. utra autem materia accendatur, pinguetudo ſemper aquis innatat. M, Quomodo cognoſcam ignem extra canales aquas calefacere? G. Si aquæ non admodum calidæ profluant, ſulfuriſq;, aut bituminis odore, ſapore, aut colore careant, neq; quicquam horum illis innatet, aut ſubſideat. Nam quò ignis alueis uicinior, maiorq; fue

Terra bitumine infecta.

Sulfur & bitumen interdum ſimul ignem fouent.

Ignis ſubterraneus quibus in locis continetur.

Notæ bitumini aut ſulfuris ignẽ terræ fouentis.

Pinguitudo aquis innatans.

Aquæ non admodum calidæ unde fiant.

Aquæ inſigni-

ter calidæ unde fiant.

rit, hoc aquę calidiores emanãt, quanto autẽ minor, aut magis ab aquæ ductu disiunctus fuerit, hoc illæ minus calidæ profluent. Ideo cùm insigniter calent, subterraneus ignis non solùm in canalibus, sed etiam in uicinis locis sulfure, aut bitumine foueri indicat. Quo enim in loco hi duo ignis fomites, aut certè aliquæ eorum species delitescunt, ibi fontes seu aquę calidę esse possunt, dulcibus persimiles, quę ab igne externo calefiunt. ubi uerò illi desiderantur, quamuis reliqua superiùs cõmemorata fossilia adsint, nulli fontes calidi extant. Quia igitur ignis nõ semper in alueis aquarũ existit, aut undique siue incluſus, siue circumcluſus continetur, sed extra eos habetur, aut longiùs ab ipsis distat, nec nõ quia etiã inæqualis aquę portio sæpe existit, nõ oẽs aquæ medicatæ, æquè calidæ, sed aliæ alijs calidiores sunt, aut etiã frigidæ: nam copiosa aqua ab igne exiguo incalescere nequit, sed aut frigida, aut certè tepida prosilit. Hinc etiã accidit,

Aquæ naturales non æquè calidæ.

Fontes aliquot

opinor, ut plærique fontes qui nõ solùm

odore

odore ac guſtu, ſed etiã colorè ſulfur re ferunt, frigidi exiſtant: contra alĩ tam calidi percipiant, uix ut tolerari poſſint, quamuis nullũ ſulfuris odorẽ ſpirent. Rurſus non pauci calidi fontes nullo ſapore, uel odore ſulfuris conſtant, multi uice uerſa frigidi odore & colore illius præditi ſunt. Hæc igitur omnia ex ignis ſubterranei & fomitis eius ſitu eueniunt: multũ enim refert, nùm aqua calida à prima ignis origine profluat, aut remotius ab ea emanet, tum enim ex ipſo itinere deferueſcit, et pro calida fit tepida, aut frigida. Prętera nõ parùm intereſt, fontes ne ab igne in aquarũ canalibus incenſi calefiant, an extra illos calorẽ acquirãt.

frigidi ſulfuris rei.

Fontes multi calidi ſulfuris ſapore & odore carent.

M. Noui extare autores, qui aquas ſubterraneas ac fontes â ſole, aut uento, aut calce caleſcere affirment.

G. Credo, ſed Georgius Agricola, et poſt hunc Reinerus Solenander ſententiã eorum doctiſſimè confutarunt. Nam ſolis radĩj aquam ſanè in hoc orbe profluentem excalefaciũt, ſtagnũ autẽ uel exiguum etiam media æſtate per integrum diem illuminantes non item,

Sole, aut uento, aut calce aquas ſubterraneas non calefieri.

tantum abeſt, ut aquam in imis terræ uiſceribus abditã calefacere poſsint, præſertim in hyeme, cùm longiſsimè à nobis abſint. De uento ſic intelligas: ſi is nõ continuè perſeuerat, ut reipſa experimur, quomodo aqua perpetuò calẽs ab eo fieri poteſt? Calx autẽ cùm uiua in terrę uiſceribus excocta nõ reperiatur, licet materia eius, nempe ſaxum calcarium occurrat, neq; aquam calefacere, neq; odoratu naribus percipi poteſt, ut extrinſecus illo excocto, & aqua reſtincto, accidere ſolet. aliâs odor ipſius naribus perciperetur, & aqua calida naturam eius ſeruaret. M. Non eſt quòd plura de his mihi recenſeas. fidem tibi habeo, qui diligentiùs iſta, quàm plęriq; alij perſcrutatus ſis, oro te, ut deinceps mihi indices quis, & quotuplex aquarũ tum natura, tum manufactarum calidarum uſus ſit. G. Omnes ferè duplici in uſu habentur, nempe ad potũ & balnea. Limpidæ uerò & claræ potu non ſunt ingratæ. ſulfuratę, bituminoſæ, aliæq; turbidæ & uiſcoſę una quadam re ſubterranea magis

De uſu aquarum naturalium.

Aquæ naturales calidæ quæ potu conueniant.

magis, q̃uarijs infectę minimè, ut ſupra diximus. M. Sunt nè ſemper aquę iſtę medicatæ ſalubres? G. Nequaq̃ ſed interdũ noxię, ut anno biſextili, & cùm pluuię circa uer cõtinuę durant, frequẽtesq; grauidarũ abortus fieri, & arborũ fructus corrumpi ſolẽt. Tunc, inquam, nonnulli grauia incõmoda, nonnulli mortẽ ex illarũ uſu incurrũt, quemadmodum cùm alijs annis, tùm ſexageſimo in plurimis ſumus experti. Verùm id nõ ubiq;, nec ſemper, nec omnibus accidit. autores ſunt, qui illas à ſydere corrũpi affirment, quo etiã quartanę febres fouentur, & oĩa quæ ſub cœlo ſunt, permutationẽ ſuſcipiunt. Quin etiã uenti ſeptentrionales et ímbres omnes aquas natura calídas uiciãt, ſed hi decẽ potiſſimùm diebus, illi tribus. M. Quo anni tempore, & quota diei hora, & quãdiu tum potu, tum balneis calidorũ fontium utendũ cenſes? G. Verno, ut temperatiore, nimirum menſe martio, aprili, maio, & autũnali ut ſeptembri, & octobri, præſertim in Italia, et alijs regionibus non

Quando & quæ medicatæ ſalubres aut noxiæ.

Quæ aquas medicatas uiciẽt, minusq; ſalubres reddant.

Quo anni tempore medicatis aquis utendum.

nimiũ intemperatis. apud nos autem ubi cœlũ frigidius in uere, in maio & iunio, poſt caniculares ad octobrẽ uſque. M. Quid ſi menſes hi à natura ſua recedant, & aquæ iſtæ medicatę, iuxta altiſsimos montes, aut in uallibus, ubi frigidiſsimus ſpirat aquilo, ſitæ ſint, aut niuea montiũ cacumina aërẽ refrigerent, aut ipſe medicatorũ fontiũ, ac balnearũ ſitus, totaué regio ſeptentrionali orę pateat, ad meridiẽ uerò montium altitudine, & uicinia cõtegatur, aut ipſa regio ſeptentrionalis ſit, quæ oĩa plærunqꝫ in Germania & alĳs ſimilibus plagis conſpicari licet? G. Tunc alĳs quoqꝫ menſibus utiles ſunt. nõ enim hîc ſpectandũ qui menſes, ſed quę aëris temperies exiſtat. atqꝫ tunc magis uſus illarũ erit, cùm aër tẽperatus euaſerit: etiamſi talis in diebus caniculis inueniatur. Nam frigidus aër ſi quid aliud, corpus balneis rarefactũ, maximè offendit. At cùm membrum aliquod roboris duntaxat conciliandi gratia, ut in podagra, uel chiragra, nõ autẽ totum corpus lauare cogitamus, talis

Quæ tempus utendi aquis naturalibus immutent.

In canicularibus interdum balneæ conducunt, ſi aër temperatus eſt.

Aër frigidus lauantes offendit.

talis temporũ anni circũſcriptio locũ minus habet. M. Ad totius igitur corporis curationẽ, quę aquę iſtius potu, & lauacro abſoluitur, temperatus aẽr requiritur? G. Præcipuè: quanquã ad partes quoq; corporis curãdas ſemper is eligendus ſit, ſi haberi queat. ſin autẽ non concedatur, aquam in conclaue calidum quotidie deferre conſiliũ eſt, atq; ita etiã nonnulli in media hyeme balneis feliciter uſi ſunt: quamuis laudabilius lauacrũ ſit, quod aëri expoſitum eſt, & ſolis radijs perluſtratur, cuius uapores forâs exhalant. In hoc enim lauantes liberiùs trahũt ſpiritus, et minus capite offendũtur. Vbi autẽ craſsi, & nebuloſi uapores balneas perpetuò obſident, ut in Fauorinis apud Rhetos, propter ædificij in quo continentur, uicium, mirum eſt quàm cerebrũ turbent, & ſenſus obtundant. Hoc autem obſeruandũ eſt, cum dura urget neceſsitas, nullum anni tempus ad lauationem refugiendũ eſſe. Nam aquæ medicatæ tam hyeme, quàm æſtate uires ſuas conſeruant. Sin autem aër ambiens ſit frigidior humi-

Aër temperatus ad totius corporis curationem in aquæ medicatæ uſu requiritur.

Aër quomodo corrigatur.

Balneum optimum aëri expoſitum.

Balneũ etiam hyeme aliquando concedendum.

Aquæ medicatæ tàm hyeme quàm æſtate, uires ſuas conſeruant.

diorȩp, igne in conclaui excitato, ad mediocritatẽ reduci, uel calidior fieri poteſt. M. In quem uſum aqua medicata calida bibitur? G. Partim ut corporis humores expurget, præcipuè autem in uentriculo, inteſtinis, & uenis meſeraicis contentos, (nam eas partes ſtatim, integris uiribus attingit) partim, ut intemperiem illius immutet, uiciaq; pulmonum, ſpirãdi difficultatẽ, ſaniem in pectore abſq; ulcere contentam, nec nõ iecoris, lienis, coli, ilei, renumq; affectus, & aquam inter cutem diſcutiat. M. Quomodo ægri corpus ante potionẽ aquæ præparandum eſt. G. Anteq̃ ille ad fontes hoſce proficiſcatur, expurgari domi, aut in ipſo loco, ubi ſcaturiunt, debet: per initia quidem medicamento leui, quod primas uenas euacuet, quale eſt, Caſia fiſtularis, cũ aniſi & zaccari momẽto, aut Manna, aut Benedicta, aut Catholicõ, aut Electuariũ miſtum ex Benedicta & Diaſebeſtẽ utriuſq; ſemuncia, aut ſyrupus noſter Diaſereos cum aqua adianthi, pro periti medici iudicio,

Aquæ medicatæ calidæ potionis uſus.

Aquæ medicatæ ex quibus partibus humores purgent, & quæ uicia diſcutiant.

Quomodo æger ad potionem aquæ medicatæ præparandus, & illa aſſumenda ſit.

iudicio. Altero die, si res postulat, sanguis mittendus. In sequentibus reliqui humores pręparari ad excretionem, ꝫ lapĳs, apozematis, syrupis & decoctis, pro singulorum natura: tandem efficacioribus medicamentis, siue solidis, siue liquidis educi debent. Sic igitur æger purgatus defatigatusq; uel ex itinere, uel ex medicamento, die uno & altero, aut etiam pluribus se recolliget, & tandem aquæ istius medicatæ potionẽ assumet. Verùm diligenter curabit, antequam illa utatur, ut cibum pridie assumptum cõcoxerit tum in uentriculo, tum in iecore. M. Quibus notis hoc cognoscam? G. In hoc quidem, si nulla tensio in præcordĳs, nec moles aliqua, nec grauitas sentiatur: in illo autem, si æger nihil acidum, nihil nidorolentum, aut cibi qualitatem, & grauiter olens quippiam eructet, sed aluum quotidie pro assumptorum ratione deĳciat. Quæ si natura quotidie, aut saltem altero die nõ descendat, tertio sollicitari glande subiecta, aut clysstere indito debet, aut catapotĳs alephanginis, aut hiera picra, aut

Quies corporis ante usum aquæ medicatæ utilis.

Concoctio ciborũ ante aquæ potionẽ necessaria.

Concoctionis notæ.

Aluus quibus ducenda in

aquæ medicatæ usu.

manna, aut casia, ne crudi humores ex stomacho per totũ corpus nimio balnei calore distrahantur, & omnigenos morbos inducant. Quinetiam si urina pro consuetudine tincta reddatur: si sputa & pituita ê pectore excreata sint, ne in corpore diutius retenta, ad imbecilliores eius partes deferantur, potio aquæ melius proficiet. Corpore iam hisce omnibus recrementis libero, æger non labore, non inedia debilitatus, nec curis animi affectus, sed alacris, & quietus aquam istã bibere incipiet, abstinebitq; interea dum bibit, uenere. nam corpus infirmum, cùm alia modò commemorata, tum illa magis adhuc exhaurit: quia præter optimam sanguinis portionem, spiritus etiam uitalis per hanc exhalat. M. Quo tempore, & modo aquam medicatam potandam censes? G. Manè post solis exortum, æger, ubi sponte experrectus est, et cœnam hesternam frugalem concoxerit, tam calidam, quàm ferre potest, ex ipsa scaturigine sumptã: imbecillis autem in lecto, aut sedili ex fonte ipso allatam quietus bibet. Sin autem

Incommoda ex retentis recrementis.

Labor, inedia, curæ, uenus in aquæ medicatæ usu nocent.

Venus tum optimum sanguinem, tum spiritum uitalem exhaurit.

Quando & quomodo aqua bibenda sit.

tem non satis calida per se fuerit, uitreo uase condita, ad ignem calefiet, ea uerò mensura, quæ uentriculo grauis nõ sit. M. Omibusné eadem conuenit? G. Nequaquã, sed huic maior, illi minor. hinc alij tres, alij quatuor, alij quinque cyathos sustinere citra incommodum possunt. Quantamcunq; autem unusquisq; requirit, eam omnem hora dimidia, aut certè integra assumet: deinde leniter inambulabit, sed extra aërem frigidum. Sunt autem qui tribus uicibus, ac paulatim illam bibẽdam esse dicant, prima libram, altera sextarium, tertia sesqui sextarium, id quod prudenter faciunt, si aliam nõ antea assumant, quám prior sit reddita. uulgares tres sextarios propinãt, sed ita, ut singulis potionibus interponant horam. Hîc autẽ aduerten dum est, quemadmodum paruas, ita copiosas nimis aquæ potiones nihil proficere. hæ etiam uentriculum grauant, relaxant, & statim sine humoribus educendis effluunt, ut etiam nullam uim corpori insinuent: illæ imbecilliores sunt, quàm ut in corpus aliquid agere

Mensura aquæ medicatæ bibendæ.

Quanto tempore tota aqua bibenda.

Ambulatio post aquam potum prodest.

Alius bibendi modus.

Vulgaris potandi modus.

Copiosæ nimis & paruæ potiones nihil efficiunt.

Idoneus aquæ modus minimus libra, maximus ſeſquiſextarius.

poſsint. Minimus itaq; modus nõ multò infra librã, præſertim in adulta ætate ſubſiſtet: maximus ſeſquiſextariũ nõ excedet. Hæ menſuræ corporibus mediocribus, hoc eſt, nõ nimiũ exiguis & imbecillis, aut contrà plus æquo amplis & ualentioribus, bibacioribusq; ſatis eſſe poterunt. In Italia tres ſextarios ægris permittunt, imò quatuor & dimidium cum triente, uocant tria Bocalia, & uncias quatuor. Singula autem illa conſtant ſeſquiſextario. Germani etſi φιλοποτάται ſint, tamen aquam ſiue dulcem, ſiue medicatam, copioſam ferre nequeunt. Qua de cauſſa medicus cuiuſq; nationis & naturæ cognitionem rationemq; habere debet. Hoc interim negligendum non eſt, ubi locus affectus longiſsimè à uentriculo diſsidet, maiorem copiam aquæ permitti ſolere, modò ille hanc ſine moleſtia digerere poſsit. Non enim omnes æquè ualidi ſunt, & pares habent concoquendi digerendiq; facultates. Porrò ut aqua pota facilius ad partem affectam perueniat & minus flatus excitet, interdum cinamomi ſeſqui

Italicus modus aquæ bibendæ.

Nationis cuiuſq; naturæ & conſuetudines cognoſcendæ.

Quando maior aquæ medicatæ potio concedenda.

qui drachmam, cubebarum, calami aromatici, singulorum semidrachmam, anisi, fœniculi, utriusq; scrupulos duos, musci grana tria, in puluerem redacta, ex zaccaro aqua artemisiæ soluto in pastillos formato, aut ut uulgo dicunt, rotulas, quæ pendeant drachmam unam, aut duas. Ex ijs unam aut alteram, uel ante, uel post aquæ potionem assumere licet. Vbi iam aqua pota rursus, aut semel, aut per uices reddita fuerit omnis, uel certè maior eius portio, siue per urinam, siue per aluum (urina autem tincta, quæ aquam subsequi solet, excretam illam esse plærunque, sed non semper indicat) cibum capere tempestiuum est. M. Quid si primis diebus illa inferiùs non descenderit? G. Clystere ex aqua ipsa medicata cum melle, zaccaro & sale educenda est, & cibus longiùs differendus. Idē etiam faciendum est, si illa per urinam, aut uomitum duntaxat reddita fuerit. At non omnes similiter illam excernunt, sed alij in lecto, alij in sedili, alij inambulando egerunt. Nec cibus antè sumendus est, quàm uenter

Vrina copiosa & tincta aquam reddita nō esse notat.

Cibus.

Aqua medicata si rursus nō excernatur quid agendū.

Aqua per uomitū reddita.

Non similiter omnes aquam excernunt.

Cibus nõ ante sumendus, quàm aqua sit excreta.

ea liberatus fuerit. Nihil enim est deterius in medicatæ istius aquæ usu, quàm si pota retineatur, eoq; si id fiat, post tertiam eius potionem uitanda est.

Abstinendum à potu aquæ, si post tertiã potionem nõ reddita fuerit.

A prandio sicut etiam post aquæ medicatæ potionem, somno interdici debet. sin autem caueri nequit, saltem horis duabus post cibum ineatur, non decumbendo, sed in sedili, capite eleuato. quanquam præstiterit uigilem esse, & tempus iucundis, honestisq; colloquijs terere, & si aër non dissuadet, modicè inambulare, ut cibus ex stomacho facilius descendat.

Somnus à potu aquæ medicatæ, quando concedendus.

Inambulatio à cibo conceditur.

Quando cœnandum, & quibus.

Vesperi autem cœnandum non est, nisi æger valde esuriat, & cibum in prandio sumptum probè concoxerit. Tunc enim duorum ouorum lutea albumine reiecto assumet, & modicum uini meraci superbibet. sin oua abhorreat, micam panis uino intinctam comedet, & coriandri zaccaro conditi, quod satis est. sesqui hora pòst, lecto se committet, quiescetq;. Quòd si stomachus post quinque, aut sex dies aquæ fastidio afficia-

Quæ sumenda si uentriculus inædiam ferre nequeat.

Somnus quando iucundus.

Potio aquæ

tur,

tur, aut flatus, ructúſque oriantur, po= tionem die uno intermittet: cinamo= mo autem, caryophyllo, nuce muſca= ta, zinzibere, galanga, omnibus zac= caro conditis recreetur. Sæpe electua= ria quædam aquæ primis diebus ad= iungemus, ut ipſa facilius ad mem= brũ affectum, præſertim longius ſitum perueniat, minuſqúe inflet. Poteſt igi= tur electuarium præſcribi, quod reci= piat. Cinamomi ſeſquidrachmam, na= ſturcĩj, calami odorati uulgaris, ſin= gulorum ſemidrachmam, aniſi, fœ= niculi ſingulorum ſcrupulum. Hæc detrita in zacçaro artemiſiæ aqua ſo= luto in tabellas redigantur, tribus mu= ſci granis adiectis. Singulis quaternis, aut quinis diebus potio intermitti po= teſt, & aluus iniectione ex aqua medi= cata cum melle roremarino cõdito, uul= go anthoſato, & oleo roſaceo & cha= mœmelino ſollicitari. M. Quandiu me dicatæ iſtæ aquæ bibentur? G. Id mor= borum naturæ & ſtatus indicabunt, alĩj ſiquidem diebus ſex, aut ſeptem, alĩj

medicatæ quando inter mittenda.

Quibus uen= triculus faſti= dio laboras recreandus.

Electuaria cur primis die bus aquæ me= dicatæ adden= da ſint.

Electuarium ad aquæ po= tionem.

Quandiu a= quæ medica= tæ bibendæ.

quindecim, aut pluribus indigent. Certior autem absolutæ purgationis nota est, cùm aqua talis excernitur, qualis assumpta est. M. Quid post absolutam potionem agendum censes? G. Balneum experiundum. nam hoc cùm singulare, & partibus idoneum sit remedium, quod Græci τοπικὸν appellant, potionem, ut uniuerso corpori accommodatam sequi debet, si morbus hoc quoq; postulat. Nam externis præcipuè uicijs dicatũ est: quanquam etiam ad interiores affectus, sed minus quàm potio conueniat. Sanat igitur scabiem, lepram, elephantiasim nondum inueteratam, pruritum, impetiginem, œdemata, uitiliginẽ, inflationes, tumoresq; alios contra naturam. adhæc ad neruos resolutos, tusos, cõtractos, tremulos, dolores coxarum & aliorum artuum, chiragram, podagram, nec non ad iecoris, lienisq; morbos prodest. Id autem notari debet, cum balneis naturalibus sæpe de uiribus suis aliquid decedat, ipsæque non adeò morbis ad quos præscriptæ sunt, respondeant, aliqua eis adijcienda

Nota certa absolutæ purgationis ex aqua medicata.

Lauatio.

Lauatio in aqua medicata ad quæ conferat.

Correctio balnearum naturalium.

cienda esse, ut efficaciores perfectioresqúe reddantur. Nam si membris resolutis balneum accõmodetur idoneum, paralyticis medicinis corrigendum est. Eodem modo in aqua subter cutem & alijs uicijs agendũ, ut postea intelliges. Præterea non omnes ægri in unum alueum insidebunt, ut plærisq; in balneis fieri solet, quasi multiplices & uarij affectus eodem remedio discuti possint; sed sua cuiq; solia, pro morbi eius natura adhibenda sunt. M. Statimne post potionem, aut citra hanc balneis utendum erit? G. Minimè, sed corpus antea præparandum est, ut balneum cum fructu & commodo experiatur. M. Qua ratione amabô id fiet? G. Laconico seu ut uulgo uocant, balneo sudatorio, ex cuius usu meatus cutis adaperiuntur, ut aqua medicata faciliùs ad interiora penetret. M. Quo diei tempore æger illi insidebit? G. Horis duabus ab exortu solis, cùm scilicet aër à noctur nis uaporibus expurgatus fuerit: paululum autem in laconico, aut hypocausto contiguo, aut balnei aëre antea im-

Balneatum ubi res quibus augendæ.

Plures ægri non eisdem balneis insidebunt.

Corpus lauationi præparandum laconico.

Laconicum.

Quo diei tempore insidendum.

Quàm calido & alto lauacro insidendum.

morabitur : deinde lentè in lauacrum descendet, eiq; primis diebus non ita calido siue natura, siue manufacto, iciunus ad umbilicum, si inferiores partes laborant : sin aut mediæ, aut supremę, ad ceruicem usque demergetur,

Quot horis lauandum.

ad dimidiam circiter horam, aut paulò diutius in eo perseuerans. Altero die eodem tempore balneum accedet, eiq; paulò calidiori ad stomachi regionem usque immergetur, & diutius quàm antea, nempe horam integram, aut sesquihoram immorabitur. Tertio die eodem tempore matutino balneis adhuc calidioribus insidebit, & tot horis, quot nimirum uires tolerare poterint, continuabit. Aduertendum autem calidos,

Pro corporũ statu lauationis tempus præscribendum.

raros, imbecilles, uel ab origine, uel à morbo, macilentosq; diu balneis præsertim calidioribus insidere non posse, nec debere. frigidos autem, humidos, bene habitos, & fortes diutius : mulieres diutissimè : nempe in aurora horis tribus, aut quatuor, uesperi duabus, aut tribus, quod etiam satis esse iudico, sicut prioribus horam dimidiam, aut integram,

Frigidi & mulieres diutius ferre balneum possunt.

gram, aut ſummum ſeſquihoram: alijs duas, aut plurimũ tres manè, unam, uel duas ueſperi, balneis inſidebunt, ſic tamen ut quatuor, aut quinq;, aut ſex, aut ſeptem, ubi natura tardius cõcoquit, aut multũ cibi ingeſtum fuerit, horę à prandio ad ueſpertinum lauationis tempus intercedant. In Germanica gente quidã totos dies noctesq; mergorum inſtar, balneis incubant: cibum potumq; in eis ad ſatietatem uſque ſumentes, nullo uel breuiſſimo ſpacio ad aluũ deijciendam interpoſito, aut ſaltem exiguo, ad illa reuertuntur. Nuper apud Rhetos in balneis Fauorinis uidi nonnullos tum cibo repletos, tum prorſus ebrios in illis obdormire, ut mirũ fuerit, eos crudita-te, colicisq;, aut alijs pernicioſis morbis non laboraſſe, & uires eorum concidiſſe, aut febri, aut lippitudine correptos, aut ſubita etiam morte oppreſſos fuiſſe. Infirmi natura, uel morbo, non parum periclitantur, ſi diutius, quàm par eſt, balneo inſideant. ſatius enim eſt antea exire, quàm animo deficere. Quare numerus horarũ à me propoſitus unicuiq;

Quatuor aut ſex horæ à prandio ad ueſpertinam lauationem intercedent.

Mala lauandi conſuetudo.

Repleti cibo aut potu balneis abſtineãt.

Longa mora in balneis noxia.

Exeundum è balneo priuſquam anima delinquat.

pro

Tempus balnei cuiq; pro sua natura & statu præscribendum.

pro sua natura & statu faciet satis, nisi forte aliquid superuenerit, quod uel abstinendum in totum balneo, uel paucioribus in eo residendum horis, uel semel tantùm lauandum in die suadeat, ut omnibus imbecillis etiam consulo. M. Nondum retulisti, num potio in totum sit absoluenda, et deinde in balneas descendendum, an alternis diebus aqua medicata bibenda, alternis lauatio sit tentanda. G. Dicam. tres sunt in hoc

Sententiæ medicorum de potu aquæ medicatæ & lauatione adhibenda.

medicorum sententiæ: quidam aquam primùm diebus aliquot succedentibus bibendam esse affirmant: quidam hoc die potandam, altero in ea lauandum censent, ut sex diebus ter aquæ potio, ter quoq; lauatio adhibeatur. at si morbus longior fuerit, diutius aquam bibendam, & deinde etiam in ea lauandum dictitant. Mihi autem placet, saluo aliorum iudicio, ut aqua prius corporis purgandi gratia bibatur, uel sex, uel septem, uel decem, uel quindecim, uel

Potio aquæ quot diebus continuanda.

pluribus diebus pro morbi conditione: deinde etiam lauetur totidem, aut pluribus, & si morbus externa potissi-

mum

mum affligat, ut citra potionem balneum adhibeatur. Imbecillis, qui aquæ potionem desiderant, tertio quoque die, uel duobus continuis eam bibendam, tertio conquiescendum esse censeo, & in eo clysterem ex illa confectum, sicut supra monui, iniiciendum, qui sæpe amplius quàm potio aquæ proficere solet. Germani nostri cùm φιλολουτροὶ sint, balneis magis utuntur, siue morbus interiora, siue exteriora corporis membra obsideat: & si quando bibunt, quod tamen rarius accidit, id in ipsis balneis plærunque, eademq; hora, & die faciunt, quo balneis insident, magno errore & incommodo. Nam quæ per aluum & urinam excerni debent, balnei calore per totum corpus rapiuntur, fiuntq; humorũ motus contrarij. Nam aquæ potio per inferiora, ut dixi, corpus purgat: balneum humores ad externã cutem euocat, & per meatus discutit. Qui ergo rectè & prudenter aquis medicatis uti uelit, eum modum & ordinem, quem præscripsi antea, sequatur, omniq; cibo, potu, & somno

Clyster ex aqua medicata utilis.

Germanorum in lauando abusus.

Cur nõ aquæ medicatæ potus & lauacrum simul eodem tempore conueniant.

Potionis & lauacri contrarij motus.

Veramedicatæ aquæ usus ratio.

Cibo potu & somno in balneo abstinendum.

somno abstineat, quandiu in illis residebit. Sin autem quis cibo se carere posse tantisper diffidat, uuarum passarum Corinthiacarum aqua elotarum cochlearia duo, cum triplo uini diluti modo ante balneum assumet, aut pruna aliquot in aqua macerata, aut panis tosti, maceratique in uino diluto, aut Marcici dicti paululum, aut bellaria quædam, conditáque zaccaro, ut corticem citri, aut mali medici, similiáque ingeret. In Italia plærunque aliam aquam medicatam bibere, in alia lauare solent, eo quòd hæc magis potui, illa balneis accommodata sit, uerbi gratia, si potionem sumat æger ex aqua Villensi, balneum ac lauationem in aqua Corsenæ absoluat. M. Quibus notis cognoscam, an balneum sit profuturum? G. Si uenter statim primis diebus spinam uersus contrahatur: sin autem infletur, aut torminibus affligatur, inutile erit, sicut etiam si quis in primo ingressu uri & rodi intus uideatur, deinde horrere incipiat. M. Quot diebus in totum balneis

Ante balneũ quid sumere liceat.

Italorum modus in aquarum potionibus.

Balnei profuturi nota.

balneis citra potionem utendum erit? G. Certò præscribi id nequit, nam aliæ aliis efficaciores: deinde hi diutius, illi minus in eis perseuerare possunt. Quæ natura calidæ sunt, citius uires suas corporibus insinuant: quæ igne calefiunt, tardius. In Germania medici ægris aliis octuaginta, aliis nonaginta, aliis centum, aliis plures lauationis horas imperant, cùm tamen ignorent, quot quisque ferre potuerit. Hinc fit communiter, ut qui multis horis quotidie lauant, diebus octo, aut quindecim curationem absoluant, qui paucioribus uiginti, aut triginta, uerum sine ullo ordine & iudicio. Sauaronola meminit quosdam suo tempore menses duos, & plures balneis usos fuisse, indubiè paucis quotidie horis. Sunt autem, qui tunc à balneis abstinendum esse doceant, quando cutis ex facultate illarum nimirum ex sale ulcerata rursus consanuerit: quanquàm inueniantur, qui bis, aut ter exulcerentur, conualescántque. alij uerò ne semel quidem, sed materia in his

Lauandi tempus uniuersum certò præscribi nequit.

Balneæ natura calidæ efficaciores: manufactæ tardius operantur.

Medicorum error in præscribendis horis.

Exulceratio cutis nõ semper laudatur.

paulatim

paulatim per meatus digeritur, quod indubiè pro corporis habitu, siue raro, siue denso, siue mediocriter accidit. Non mirum est eos, qui iuxta fontium uenas calidissimas per totos aliquot dies, & noctes residen̄t, statim exulcerari. Non est facultati ac laudi balnearum quarumcunque cutis rosio exulceratioq; tribuenda, sed potius acrimoniæ salis, ac nitri, quæ in eis continentur. Si eiusmodi aqua medicata bibatur, cutis multò facilius exulceratur, adhuc recens & mollis. Siccata iam rursus per se consanescit. Valde igitur errant qui tamdiu lauandum esse censent, donec cutis erodatur. nam inde sæpius apertiones, uel obstructiones, aliiq; multi affectus oriuntur, qui ad mortem usque perseuerant. Quare non est expectanda exulceratio, ut paucis diebus curatio absoluatur, cum non sine periculo fiat, præsertim in iis, qui corpore tenui, uel non satis purgato, sed cibis etiam in balneis assumptis pleno adeò continenter eis insident.

Vulgarium medicorum error in cutis exulceratione iudicanda.

Incommoda ex cutis rosione.

M. Quod igitur certius signum curationis

tionis in balneo absolutę iudicas. G. Sí corpus meliùs quàm antea habere cœperit, & functiones naturæ uegetiores existãt. Nam qui non adeò multis recrementis humorum redundant, & probè antea purgati sunt, decentiq; uictu utuntur, eorum cutis nõ tam facilè sicut aliorum, qui contrario modo se habent, rubescit, erodituręq;, nisi uiolenta illa, & continua lauatione, uim naturæ intulerint. quanquam nonnulli ne sic quidem cutis ruborem contrahunt, sed mortem potius sibi accelerãrant, aut tantam uiscerum imbecillitatem accersunt, ut nunquam ea ad pristinum robur restituere possint. Fateor quidem exulcerationem illam ex balneis cõtractam ægris nonnunquã commodi aliquid adferre, sed id quoq; citra illam euenire potest. Vnde fit, ut fontes illi sacri, & salubres aquarum medicatarum exitiales, & pernicioси uulgo ęstimentur. sed homines prudentes nullam rem tam utilem, et commodam esse norunt, quæ non, si malè & temerè ea utamur, noxia fiat & pe-

Certum curationis iudicũ in balneo.

Cutis quibus facilè, aut difficulter exulceretur.

Pericula ex nimis continuo balneorum usu.

Quid ex uiolenta lauatione accidat.

Cur fontes salubres fiant exitiales.

Malus bonarum rerum abusus.

stifera. M. Qandiu ęger balneis insi-
debit, iam mihi constat, quomodo au-
tem illas egressus se geret, etiam audi-
re desidero. G. Rectè mones. curatio
enim non solùm in balneis, sed etiam
extra illas fieri debet. Primùm igitur
in tepidario calidis linteis, aut spon-
gijs siccis abstergi, curioseq; in uesti-
mentis inuolui debet, ut frigus ad eũ
non aspiret: deinde in cõclaui, & lecto
calido, à uentis & aëre tuto, ad horam
decumbet, sudabitq;, si natura ad id
absq; multis & grauibus operimentis
procliuis est, somnumq; breuem, si uo
let, à sudore captabit, non antea. Etsi
uerò hic etiam non superueniat, tamẽ
ęger per id tempus, quod dixi, in lecto
conquiescet. inde sudore, si erupit, lin-
teis absterso, totum corpus fricetur,
præsertim resolutis. Ante omnia uerò
caput exiccandum est, ut quod plu-
rimùm offendatur, si recrementa eius,
ob cutem obstructam, nõ euaporent.
At si frictiones ob dolorem, aut ulce-
ra fieri nequeãt, glans subijcienda est.
Indutus iterum uestimentis, in aërem

Balneas egressus quomodo se gerere debeat.

Quies.

Sudor.

Somnus à balneo.

Frictio resolutis maximè cõuenit.

Caput exiccãdum quare à balneo.

tem

temperatum & purum egredietur, do
nec iterũ refrigescat paululum, aut in
conclaui modicè ambulabit, ut flatus
& uapores ex balnei calore contracti
discutiantur. In nephritide, & urinæ
difficultate solent etiam quędam con=
dita, & pulueres exhiberi post bal=
neũ, uel aquæ potionẽ, nempe electu=
arium Iustinianũ, aut Lithontribon
dictum, uel medicamentum quod reci
pit, Nucleorum persicorum, ceraso=
rum singulorũ drachmę duæ: dauci,
seseleos montani, singulorũ drachmæ
sex: seminis fœniculi, anisi, glycyrrhi=
zę singulorum semuncia, artemisiæ
uncia, zaccari modicum. In puluerem
redacta mixtaq́; , cochlearis instar ex
uino albo tenui, uel aqua naturali, si
huic malo conuenit, assumi debent.
Aliquando zulapia quædam, uel de=
cocta, quę renes & uesicam affectã re=
spiciunt, leuiterq́; urinam mouẽt, qua
lia optimè fieri possunt, ex benedicta,
caryophyllata, aquilegio spinoso, car=
duo benedicto, & similibus: uel ex a=
quis aquilegij spinosi, adianthi, utri=

Exercitatio à balneo qualis & quam ob causam.

Electuarium Iustinianum.

Lithontribon.

Medicamentũ in nephritide efficax à balneo.

Puluis ad calculum.

Medicinæ ad renum & uesicæ uitia.

uſq; ſeſcuncia, olei ex granis iuniperi guttis tribus. M. Poteſtné aqua medi-dicata alijs modis, quàm potu, & laua-tione ægris prodeſſe? G. Vtiq; in-ſtillatione & fotu: uerùm hę curandi rationes ſingularibus membris affe-ctis, ut ſuperiores, toti corpori ac-commodantur. prima barbaris gut-ta, Italis ducia uocatur, qua ſynci-piti quidem cùm cerebrum fluxioni-bus obnoxium eſt, aqua inſtillatur: oc-cipitio autem, cùm neruorum, ſpinęq; dolores, reſolutiones, & ſimiles affe-ctus urgent. Altera fotus eſt ex ipſa a-qua, aut eius luto, quod iuxta ſcaturi-ginem, et emiſſaria fontiũ reperitur. hoc remedium membris induratis, cõ-tractisq; & dolentibus, nec non infla-tis, & tumidis congruit. M. Quomo-do aqua capiti inſtillari debet? G. Cũ ſyncipiti inſtillanda eſt, caput linteo circundetur, ne illa diffluat: tempora uerò, & frons oleo myrteo, & maſti-chino, cui adiecti ſint myrtorum, cu-preſsi, biſtortæ, maſtiches, terrę ſigil-latę, ſingulorum ſcrupuli duo, ceræ modicum,

Inſtillatio ac fotus aquæ medicatæ.

Inſtillatio quã do conueniat, quibus in morbis & partibus.

Fotus ex aqua medicata, uel luto ipſius qui bus conferant.

Inſtillandi aquæ ratio.

modicum, illinantur, ne humorũ ma-
teria calore aquę ad oculos, aliaué mẽ-
bra concitetur. Hoc autem caueri de-
bet, ne aqua iusto sit calidior, aut frigi
dior, et cõtagione aliqua infecta. Cùm
uerò in occiput danda est, caput lin-
teo non circundandum, sed aqua per
spinam fluere sinenda est, ut etiam uis
illius insinuetur. M. Quando hæc fie-
ri oportet? G. Non primis lauationis
diebus, sed ubi corpus iam aliquãdiu
illi assueuerit. Instillanda autem quo-
tidie est ad horam dimidiam, qua ni-
mirum ad interiora penetrasse iam de
prehendi potest. Id porro obseruandũ
est, omnes aquas sulfureas, bitumino
sasq́, si uehementer calidæ instillen-
tur, capiti, uentriculo, iecoriq́ adeò es
se periculosas, ut persæpe mortem in-
ferant: præterea Germanis & alijs qui
copiosiore alimento utuntur, cuiusc-
unq́ aquæ etiam non admodum cali
dæ, instillationem esse periculosam.
M. Quomodo fotus adhiberi soler?
G. Nunc linteis, aut spongijs aqua bal
nearum imbutis, madidisq́ fouentur;

Cautio aquæ nimis calidæ aut frigidæ.

Instillationis tempus.

Pericula ex aqua nimis calida instillata.

Instillatio in caput cur in Germanis periculosa.

Fotus ex aqua & luto.

nunc luto ipsa emplastri modo obdu-
cuntur. Id uehemẽtius, quàm aquæ fo
tus operatur: quia non tam facilè eua-
nescit. Cauendũ, ne refrigescat, sed tan
diu in membro relinquendũ, donec ca
lorem seruauerit. Quòd si per initia
non satis calidum haberi poterit, ipsa
aqua ex scaturigine sumpta calefiet,
atque ita membris inducetur. Ramex
flatuosus, aquosus & carnosus, pri-
mùm uapore calentis aquę, ad quartã
horæ partem rectè fouetur: deinde lu-
to obducitur, cui decima pars sulfuris
uiui in puluerem redacti sit adiecta.

Rumex flatuosus.

Aquæ inter cutem curatio per fotum

Omnis aqua inter cutẽ species, quam-
uis balnearũ aqua in primis discutia-
ter: tamen etiam luto uentri obducto.
Quod autẽ de sulfureis & bitumino-
sis aquis instillandis dictum est, hoc e-
tiam de luto ipsarũ capiti, aut præcor-
dijs, aut pectori inducto, sentiendum.
atq; hæc de curandi per aquas medi-
catas rationibus habui, quę cognitiõe
digna putem. M. Habeo gratiã, quòd
ea mihi significare dignatus sis, quæ
olim præceptores mei tanquã arcana
quædam, sibi solis seruare uoluerunt.

Vnũ pręter hoc adhuc exponas, an ſi unũ dũtaxat corporis membrũ aliqua curationis parte indigeat, etiã totius corporis euacuatio ſit neceſſaria? G. Indubiè. nam calor aquarũ humores ſuperfluos quoſcunq; in corpore con tentos, ad partẽ affectã, aut aliã nobi liorem prouocat, unde morbi ſępe in curabiles oriũtur. M. Quis cibus com muniter in balneis conuenit? G. Qui boni ſucci ſit, & concoctu facilis, ut o ua recẽtia, iuſcula, ex capis pulliſq; co hortalibus, elixis: deinde etiã eorũ car nes, hędorumq;, & uitulorũ lactantiũ. Ex uenatione capreolos cõmendo ſi haberi poſſint. Inter aues autem, tum quæ pedibus, tum quæ uolatu fidunt, phaſiani, perdices, attagenę, palumbi, turdi, & turtures, omnesq; auiculæ montanę laudantur. Ex piſcibus ſaxa tiles, thymali, lupi, trutta, funduli, per cæ, & id genus alij. Nocent oua dura, frixa, caro agnina, leporina, nec non grandium animalium, præſertim ſa le & fumo indurata, ut bubula, hir cina, ceruina, ſuilla; quanquam

Euacuatio corporis totius ſemper neceſſaria etiam cũ pars tantùm affecta fuerit.

Cibus & potus in balneis idoneus.

Caro.

Aues.

Piſces.

Quæ noceant in balneis eſculenta.

Caro grandiũ animalium.

iuuenum adhuc ferarũ aliquando con
Aues. cedi possit. Inter aues, quæ pedibus ni
tuntur, anatum, anserum, pauonum,
Pisces. & gruum esus obest. Ex piscibus indu
rati, glutinosi, molli carne præditi, an-
guillæ, cyprini, qui uulgo carpę dicun
tur, & tincæ minus laudantur. Inter
Olera. olera, brassica, & quælibet legumina,
poma, omnes surculorum fructus. in-
super acida omnia, salsa, lactaria, o-
mne genus pistorium, pulmenta-
ria ex farinis facta, panificia, caseus.
Potus in balneis quis conferat. M. Quis potus conducit? G. Potus
sit uinum album, non acerbum, au-
Vinum. sterumq; , sed modicè astringens, te-
nue, clarum, lene & generosum. uesperi etiam rubellum optimè stomacho
conuenit. Aqua cruda & frigida no-
Aqua cruda noxia. xia est, uinumq; dilutum, maximè au-
rem refrigeratum. si tamen illud ua-
Paulum magis quàm copiosum semel bibere prodest. lentius sit, tunc rectè aqua cocta dilui-
tur, quod dimidij calicis instar una ui-
ce sumi potest. nam satius est, modicũ
singulis uicibus, quàm copiosum si-
mul assumere. M. Idemné cibus ad o-
mnia uicia, quibus singulę balneę cõ-
ueniunt

ueniunt, ex usu est? G. Nequaquam, sed sua cuiq; morbo uictus ratio præscribenda est, quæ balnearum proprietati cõsentiat. uerbi gratia, quę ex auri pigmento, siue arsenico constant, in tenui uictu uires suas ostẽdunt: quę ex auro, corroborante ex optimo quoq; cibo & potu indigent. Podagricis corporibus, rheumaticis, et id genus alijs, in quibus uiscosi humores abundant, tenuissimus uictus conuenit. In morbis autem similibus, qui non ex eiusmodi glutinosis constant humoribus, plenior requiritur. Adhæc priores efficacioribus balneis & longiore in eis tempore: alij leuioribus & breuiore spacio curantur. M. Audiui olim multa ijs, qui aquis medicatis, & earum balneis utuntur, superuenire, ut animi defectionem, iecoris, renumq; intemperiem calidam, capitis destillationem, eiusq; dolorem, sitim, & alui astrictionem aliaq; similia. Quomodo autem eis subueniam, libenter ex te condiscerem. G. Vulgi dictum est, quod mali balneæ adferũt, id ipsas

Cibus qualis in singulis balneis & morbis cõueniat.

Symptomatis & casibus in balnearum usu quomodo subueniendū.

tollere. uerùm hoc non in omnibus nec semper fieri didicimus. Si ergo a nima deficiat, aquis odoratis naribus admotis, aut aqua cinamomi destil laticia cum momento zulapij rosati, bellarijs, herbis cōditis zaccaro, quas conseruas uocant, uel electuarijs, uel eo quod manum Christi appellant, uel panis momento ex uino, succoue mali punici, aut pane marsico recrea ri debet. Ex his etiam cùm uires imbe cillæ sunt, in balnei ingressu, uel egres su, perinde ut in ipso insessu aliquid ex hibere potes. M. Quid si febris inci dat? G. Abstinendū à balneis. ubi ue rò illa remittit, casię fistularis uncię in star, cū zaccari et glyzyrrhizę modico exhibendū: uel mannę optimę tantun dem, uel alia ex syrupis aperiuntibus obstructiones, et refrigerātibus reme dia. necantea rursus in aquas descen dendū, quàm febris iā duobus diebus desierit. Artus manè & uesperi leniter fricandi sunt, præsertim si febris est dia ria. Cibus ex leui materia exhibēdus. potus ex aqua, cui ordeum integrū sit incoctum,

Animæ defectio quomodo corrigatur.

Febris in usu balnearum quibus remedijs tollatur.

Frictio in febri diaria.

Cibus & potus in febri.

incoctum, aut uinum tenue aqua mo-
dicè dilutũ, quod obstructionẽ aperit,
et sudorẽ prouocat. M. Quomodo ca-
lori iecoris, & renũ auxiliandũ erit, si
ex balnei calore cõcitetur? G. Cùm u-
rina transiens naturalia extrema urit,
pũgitq; in balnearũ usu, omnia acria,
salsa, amara, multũq; dulcia uina, ge-
nerosa, & cõcubitus uitari debet. Ci-
bus aũt refrigerans & humidus, ex or-
dei cremore, lacte amygdalino, olerib,
spinachio, bleto, lactuca, portulaca, et
id genus alijs petendus est. Pisces cõfe
runt saxatiles, et cancri. Potui uinũ a-
quosum, aut glyzyrrhizæ, cui cortex
ademptus sit, aut ordei decoctũ, aut u-
uarum passarũ, ex calfacta aqua mace-
ratarũ dilutum, interdũ prodest uinũ,
in quo tragacanthi, uel seminis papa-
ueris albi paulum inferbuerit. Quine-
tiam iuuat succus glyzyrrhizę die no-
cteq; in ore retẽtus, paulatimq; deglu-
titus. Sic etiã electuarium diatragacã-
thum frigidum deglutiẽdum rectè ex-
hibetur. Ad idem ualet tragema manè
& uesperi ante cibũ sumptum, quod
recipit seminum lactucæ, portulacæ,

Calor iecoris & renum in febribus.

Vrinæ acrimonia quibus mitigetur in balneo.

Cibus in calore iecoris.

Potus.

Calor iecoris & renum quibus curetur.

Electuarium in calore iecoris & renum.

Tragama in calore iecoris & renum.

cucurbitæ, melonum, papaueris albi, singulorum drachmam, cinamomi drachmas duas, glyzyrrhizæ expurgatæ drachmam, zaccari rosacei in tessellas redacti libram. Extrinsecus autem præcordia dextra ante balneas, & post illas, cerato santalino illini debēt, aut albo Galeni unguento cum camphoræ modico obduci. Lumbi autem superiores unguento hoc, quod constat cerati santalini, refrigerantis Galeni utriusq; uncia: ex oleo rosaceo fiat unguentum. Quòd si calor citra acrimoniam urinæ infestet, syrupi acetositatis unciæ duæ, cum aqua intybi, & cichorij in aurora sumentur, uel syrupi ex acido citri succo, aut ex limonibus confecti tantundem ex eadē aqua. M. Quid agendū erit si caput ex balneis affectum fuerit? G. Si uapores è uentriculo sursum eleuati, ad caput ferantur, doloremq; excitant, coriandrum præparatum ex usu erit, & confectio ex cotoneis, sine aromatibus à cibo sumpta. Ante illum uerò catapotia alephangina, uel ex hiera picra simpli

Ceratum santalinum ad iecur.

Vnguentum ad calorem iecoris.

Syrupi iecur refrigerantes.

Capitis dolor ex fumis & uaporibus stomachi quibus discutiatur.

Catapotia in dolore capitis.

ci con-

ti conferunt, quibus communes humorum materiæ, in primis uenis contentæ educuntur. sin autem humores in capite ex calore balneárum eliquescant, & in partes inferiores destillent, Græci κατάῤῥουν, seu ῥευματισμὸν apellãt, catapotijs assaieret, & sine quibus, drachmæ semissis instar, ex aqua fœniculi utendum. Syncipiti autem, quà coronalis commissura est, puluis subtilis ex caryophyllis, uel agalocho, uel styrace calamite ante somnum imponendus est, melanthium autem serico panno, aut lineo raro illigatum, naribus admoueri debet, præsertim ubi defluxio est tenuis. M. Quid remedij consulis, si sitis excruciet? G. Vuas passas in aqua probè lotas, cochlearis modo offeres, uel zulapium uiolaceum ex aqua intybi, aut cichorij, aut in qua ordeum sit incoctum, aut fontana: uel conditum quod recipit: Zaccari rosacei, uiolacei, cyrsij, singulorum sesquidrachmã, Diaprunon simplicis drachmam, syrupi acetati simplicis, uiolacei, utriusq; quantum ad misturam sa-

Destillatio capitis quibus tollatur.

Puluis capiti idoneus.

Melanthium.

Sitis remedia.

Conditum ad sitim.

tis

tis est. Præter hęc conducit corallium, uel cristallum in ore continere, aut nucleos prunorum, cerasiorúmue. M. Quomodo aluum astrictã soluemus? G. Iusculis emollientibus, ut maluæ, uiolarum, aut brassicæ trientis instar, cum zaccari momento: uel duorum ouorum luteis crudis, iuri pisorũ, aut gallinę calido iniectis absorptisq; uel uuis passis duorum cochleariũ modo assumptis: uel prunis damascenis bene maturis, & dulcibus: sic tamen ut omnia hæc paulò ante cibum sumantur. Ex medicamentis casiæ fistularis uncia, cum modico zaccaro, uel manna ex iure aliquo: uel catapotijs rosaceis ante cænam deuoratis: uel decocto emollientium herbarum, cui electuarij catholiconis uncia sit addita, zaccarum rubrum, & salis modicum, per clysterem indito: uel capitis ueruecini decocto, cui zaccarum, mel, & casia fistularis sint adiecta: uel glandibus ex melle, aut farina in massam redacta & sale: uel pingui carne suilla

Aluus astricta quibus soluantur.

Clyster ad alui astrictionem.

Glandes ad soluendam aluũ.

salsa

salsa formatis. M. Satis superq; mihi cõmunes aquarum medicatarũ facultates & usum explicasti: nunc quibus ex rebus fossilibus celebriores singulę constent, quibusq; morbis peculiariter uel utiles, uel noxiæ sint, recenseas. G. Faciam libenter: sed primùm natura calidas ordine proponã: deinde quę uel tepidę, uel frigidę, igne externo & manu calefiunt, persequar. Tres igitur medicati fontes in Germania nostra adeò feruent, pręsertim iuxta originem, ut non solùm oua in eis coqui, sed etiam animantes, quæ ipsis immerguntur, perfundunturq;, glabras efficiãt, ac primus est in Boëmia, alter eorum qui à Carolo quarto rege Carolini dicuntur. Secundus existit qui olim Marci Aurelij Antonini, nũc Badensis dicitur, inter Martianam syluam & Rhenum scaturiens. Tertius qui è Martiacis visibadæ in plate: extat. M. Describe tres hosce fontes ex quibus constent fossilibus singuli, & quas uires obtineant. GERON.

Fontes feruentes in Germania tres.

Fons Caroli-nus.

Fons M. Aurelij Antonini.

Fons Visibadensis.

AQVAE

AQVAE CALIDAE CAROLI *quarti in Boëmia.*

Aquæ Caroli-næ.

Duo ſunt fõtes in primo Boëmię a-ditu, Caroli quarti regis nomine cele brati, nõ ęquè tamẽ feruẽtes: ſed unus ex eis tepidus natura exiſtit, de quo a-liàs: alter inſigniter calidus, cuius nũc mentionem facimus, iuxta Elboganũ oppidum, aquis limpidis, inter mon-tes altiſſimos, qui partim ad ſeptem-trionem, partim ad meridiem ſpectãt, emanat, ſulfure & alumine imbutus.

Carolinarum uires ex bal-neis.

Eius balneę ad dolorẽ ſpinæ, & coxen dicum, membraq; reſoluta & contra-cta efficaces ſunt. articularios morbos diſcutiunt, renum calculos & ueſicæ cõminuunt: frigidos uuluę affectus, album fluorem, ſterilitatem emẽdant: cutis uicia, ut ſcabiem, impetiginem, lepram, crurumq; tumores flatuoſos & laxos diſſipant. At calidis ſiccisq; na turis & affectibus, nec non aduleſcen-tibus, pueris, & extenuatis incommo-dant.

Aquæ Caroli-næ quibus no-ceant:

AQVAE

AQVAE CALIDAE BADENSES *ad ſyluam Martianam ſiue Hir=ciniam.*

Aquæ Badenſes, quę inter Rhenum & ſyluam Martianam iuxta oppidum **Baden**/ unde ipſæ et tota ditio nomen accepit ſcaturiunt, ſale copioſo, alumine & ſulfure modico infectæ, ut in canalibus per quos manant, cuiuis apparet. *Aquæ Badenſes.*

Potæ frigidam iecoris, lienisq; & uentriculi intemperiem ſanant: malum corporis habitum emendant: aquam inter cutem, ſpirandi difficultatẽ, aſthma diſcutiunt: coli, renúmque dolores leniunt: calculum, urinæ difficultatem, frigidos uteri affectus, album eius fluorem, & ſterilitatẽ ex frigore nimio contractam tollunt. *Badenſium uires expotu.*

Lauatione autem frigidas à capite in pectus deſtillationes ſiſtunt: oculos humidos, ſonitus intra aures, aliaq; uicia ſuperiùs commmorata, quæ ex potione corrigi dixi, diſcutiunt. Deniq; membra tremula, & torpida, rigores neruorum, aliosq; frigidos & humidos affectus, nec non po- *Ex balneis.*

dagricum, ischiadicum, & articularium præ cæteris balneis sanant. Postremò scabiem, impetiginem, & alias cutis maculas, crurúmque inflationes, & ulcera curant. At mulieribus magis, præsertim frigidioribus natura, quàm uiris idoneę existunt, nisi etiam frigidiore temperamento prædíti sint. Calidis autem & siccis, biliosisq́, & similibus uicijs nõ sunt utiles.

Aquæ Badenses quibus aduersentur.

AQVAE CALIDAE VISEBADENSES uulgo Wyssbaden.

Aquæ Marciatæ.

Hæ aquæ olim Marciatæ dicebantur M. Passus à Moguntia ultra Rhenum distantes, ex sulfure, alumine, & nitri modico infectę, admodum calidæ. Vbi dolio quodam exceptæ, aliquantum deferbuerint, potæ ad frigidos totius corporis humores, asthma, difficultatem spiritus, & urinæ, aquam inter cutem, aliaq́ id genus uicia ex frigida & humida materia cõtracta conueniunt. In balneis & insessu ad morbum articularium, uterum frigidũ, albos mulie-

Vires Visbadensium aquarum ex potu.

Balnea & insessus aquarum Visbadensium.

rum

rum fluores, podagricũ, articulariumq; dolorem, præsertim ex frigida & humida materia contractum ualent. Instillatæ ad capitis defluxiones frigidas, aliáque uicia conferunt. Noxiæ sunt calido temperamento præditis, adolescentibus, & bilioſis tum naturis, tum affectibus. Quare hîc animaduersio diligens habenda est, ne in cholera, morbo regio, febribus, inflammatione uiscerum, cuiquam præscribantur. Atque hæc de tribus illis feruentium aquarum fontibus referenda tibi censui, proximè istis sunt calore, quas nunc subiungam.

Instillatio aquarũ Vuisbadensium.

Balneæ Marciatæ quibus noceant.

AQVAE CALIDAE CASTIENSES, uulgo Castein dictæ.

In principatu Iuuanensi, uulgo **Salzburg**/ ex calce pyritum, stibi, eiusq; sale nitro, aquæ calidæ originem trahunt, æris, auri, & argenti participes. Potu assumptæ colicos, per urinam & aluum sanant: menses retentos prouocant, nimium fluentes sistunt, á morbis conualescentes recreant.

Aquæ Castienses.

Potio aquarum in Castein.

Balneæ Caſtienſes quid faciant.

In balneis podagricos ex frigidis humoribus iuuant, paralyticos, qui nondum ex toto emaciati ſunt, reficiunt: leproſis nouam cutem procreant: ulcera putrida rodentiaq́, ubi prius mundata fuerint, ſanant.

AQVAE CALIDAE BADENSES *in Auſtria.*

Aquæ Badenſes in auſtria.

In Auſtriæ oppido, quod inde Bada uocatur aquæ ſunt multi ſulfuris, paucioris nitri, minimi aluminis particípes. Potæ thoracem pituita grauatum liberant: iecori, uentriculo, & inteſtinis frigidis humidisq́, & aquæ inter cutem auxíliantur: pituitam incidunt, & extenuant: utero uerò humoribus uiſcoſis oppleto & indurato ſubueniunt: menſes promouent, & album fluorem conſumunt: memoriam amiſſam reſtituũt, capitis dolori ex pituita uertiginiq́ opitulantur, ſi illud aqua ipſarum foueatur, aut eam ex alto deſtillantem recípiat, ita tamen ut corpus totum prius ſit euacuatum: alioqui periculum reſolu-

Potio aquarũ Badenſium in auſtria.

Fotus.

Inſtillatio aquarum Badenſium in auſtria.

tionis,

tionis, aut lippitudinis imminet. neruis ex humore irriguis & resolutis confe-runt: surditatem, flatus & sonitus intra aures discutiunt. In balneis podagræ pituitosæ recenti auxiliantur, in uetera-tam autem leuant: articulis iam ex ea debilitatis & humore plenis subueni-unt. Quinetiam malignis & serpenti-bus ulceribus, erysipelatis, & cancris prosunt. Biliosis autem naturis, maci-lentis, pueris, adulescentibus, grauidis, nisi partu instante, ut ex eis facilior eua-dat, aduersantur. Harum aquarum u-stis, in mense iunio, iulio, augusto & septembri salubrior est, eô quòd in alijs aër tum anni, tum montium niuibus tunc regentium ratione frigidior exi-stat. Simili ferè materia, & facultate con-stant aquæ Iulij Carnici, nunc Villaci dicti, Tyrollenses, & in Teplitz Boë-miæ: nec non in eiusdem aditu iuxta Elboganum sulfure & alumine infe-ctæ. In balneis ad dolorem spinæ & co-xendicum, membraq; resoluta, aut con-tracta efficaces.

denses in au-stria ad quid prosint.

Quibus no-cent ipsarum usus.

Quando a-quæ Badenses in austria sa-lubres.

Aquæ Villa-censes.

Teplitz.

Balneæ Elbo-ganæ.

AQVAE CALIDAE ABVDACI *in Baioaria.*

Aquæ apud Abudacum in Baioaria.

Apud Abudacum Baioariæ caſtellum uulgo **Abech**/ ſuper Reginoburgum aquæ calidæ ex ſulfure, alumine & nitro conſtant : odore oua frixa refe- runt. Idem poſſunt, quod ſuperiùs commemoratæ. articulario morbo inſigniter conferre dicuntur, eoq; etiam Cæſar Carolus quintus illis uſus eſt, medicorum ſuorum conſilio.

AQVAE CALIDAE EMBſenſes.

Aquæ Embſenſes.

Vltra Rhenum non longè ab oppidis **Lanſtein**/ & Confluentia, extant aquæ calidę, ſulfure, alumine, chalcantho, & modico nitro infectæ, quę à uico Embs proximo nomen habent, ac partim liberum habent aĕrem, partim ſub cameratis incluſę ſunt teſtudinibus. Potæ ſenſus inſtrumenta craſsis, & pituitoſis humoribus expurgant: aſthma, et difficilem ſpirationem ſanant: colico dolori ſuccurrunt: calculos renum commi- nuunt: uterum ex frígida intemperie & humo-

Potio aquarũ Embſenſium quid poßit.

humoribus similibus infœcundũ resti- Balneæ Embã
tuunt. Balneę ex eis neruos & articulos *sensus ad quid*
iuuant: spicula, sclopos, aliaq; diu cor- *ualeant.*
pori infixa extrahunt, ueteraq; ulcera,
& abscessus frigidos, si non bene curati
fuerint, rursus aperiunt & purgant, de-
inde conglutinant, & cicatrice obdu-
cunt: torpidis resolutisq; membris, ar-
ticulario morbo, & podagra infestatis
auxiliantur, præsertim si frigidus hu-
mor hæc mala procrearit: naturalia ui-
rorum inefficacia corroborant: uen-
tris profluuium sistunt. In balneis, sca-
biem et alia cutis uicia exterunt. Omni-
bus autem, quibus aquæ superiores, *Aquæ Embã*
hæ quoque aduersantur, unde fit, ut *sensus quibus*
plærique eis citra consilium periti me- *noceant.*
dici usi, multo deteriorem ualetudinem,
quám anteá habuerint, experiantur.
Mirum dictu est, quòd proximè has
aquas, fontes frigidiusculi scaturiant.
imò quòd si calidæ illæ aquæ in cellam
uinariam, aut alium locum frigidiorem
ponantur, acidæ euadant: unde conij-
cio aliquid chalcanthi eis esse admix-
tum.

AQVAE CALIDAE *Aquenſes.*

Aquæ Aquenſes.

Fontes Aquenſes in ſolo plano præter aliorum naturam; prope ciuitatem Imperialem Aquiſgranum ſcaturiunt, ſulfure, ſale, et alumine imbutę, Embſenſium more propemodũ feruentes: tum potæ tum in balneis illæ ſalutares ſunt

Quibus prosint.

neruoſis, contuſis, uulſis, ruptis, diſtortisq; membris: perfrictionem experta, torpida, reſolutaq; inſtaurant: uteros mulierum egregiè calefaciunt, ut facilius concipiant. externa corporis uicia, in balneis mirificè abſtergunt. Verùm cùm fontes iſti nullis ſint montibus circundati, quibus niues diu cõtineantur, in ipſo uere, cùm temperatius eſt, ægris

Quibus obsint.

conuenire poſſent. Nemo autem natura calidiore, aut bilioſo affectus morbo, ſiue puer, ſiue adoleſcens, ſiue iuuenis, commodum ex eis ſentiet.

AQVAE CALIDAE BADENSES *apud Heluetios.*

Aquæ Badenſes apud Heluetios.

Hæ apud Heluetios, non procul ab oppido, quod etiam ab illis **Baden** appellas-

pellatum eſt, ſcaturiunt, ſulfure copioſo, et alumine modico imbutæ: nulla aëris tẽpeſtate mutãtur, niſi quòd aliquando calidiores, aliquando tepidiores exiſtant. Potæ quamuis ob copioſum ſulfur minimè ſint gratæ, tamen pituitoſis ſtomachi affectibus, inteſtinorumq; obſtructionibus, anguſtijs thoracis, ſpiritus, & urinæ difficultati proſunt. In caput datæ, ut nuper docui, omnibus frigidis humidisq; uicijs cerebri conueniunt: defluxiones humorum ex capite, ſiue in linguram, ſiue in palatum, ſiue in alia membra factas, ſiccant: memoriam uiuant, omnéſque ſenſus uiciatos, non tamen ex origine, ſed mala uictus ratione, præſertim uiſum, auditum, & odoratum reſtituunt: cibi faſtidium, malamq; concoctionem emendant: uiſcerum obſtructiones aperiunt: renum affectibus medentur: menſes retentos promouent: uuluam ſtrangulatu periclitantem liberant, prolapſam, in locum reſtituunt: fœcunditatem mulieribus conciliant, præſertim frigidioribus. imò in omnibus morbis curandis mulieri-

Potio aquarũ badenſium apud Heluetios.

Inſtillatæ aquæ badenſes ad quid prouſint.

Balneæ Badenſes apud Heluetios.

bus magis quàm uiris ex uſu ſunt. Cæterum balneæ ipſarum externis cutis uicijs peculiariter proſunt, ſcabiei, pruritui, impetigini, nec non artiçulario dolori, tum qui manus, tum qui coxas, tum qui pedes infeſtat, ex frigidis humoribus contracto. At noxiæ ſunt hæ aquæ tum potæ, tum in balneis, calidis & ſiccis corporibus: item pueris, adoleſcentibus, & his proximis. adhæc arquato laborantibus, articularijs, calido humore infeſtatis: choleræ morbo, iecoris, & lienis affectibus calidis. M. Quando hiſce utendum eſt? G. Quia locus & regio illas ambiens, frigidior exiſtit, & niues diutius in ea perſeuerant, initio æſtatis, hoc eſt, maio deſinente magis, quàm uere: item in iunio, iulio, auguſto, & prima parte ſeptembris, quæ calidior adhuc eſt, quã altera, utendum eis eſſe cenſeo.

Aquæ Badenſes apud Heluetios quibus noceant.

Quando utendum aquis Badenſibus.

AQVAE CALIDAE BRIGENſes apud Valeſios.

Aquæ Brigenſes.

Aquæ hæ in prima ſua origine non calidiores ſunt, quàm à corpore noſtro

ferri

ferri queant, sulfure copioso, & pauco alumine constant. Singulares sunt ad externa corporis uicia, contusa, uulsa, rupta, ulcera, rigores neruorum, quos Græci σπασμὸς uocant, tremorem & destillationes capitis, scabiem lepram & hydropem sanant: mulieribus ex frigida intemperie infœcundis opitulantur. Incommodant autem ijs qui corpore sunt imbecilli, & caput quidem habent infirmum, iecur autem & renes calidos, nec non febricitantibus & oculis inflammatis. Vsus earum est mense aprili, maio, septembri & octobri, utpote magis temperatis.

Quibus prosint.

Quibus noceant.

Quando uten dũ aquis Brigensibus.

AQVAE CALIDAE LEVCENses apud Valesios.

Non longè à Leuc oppido Valesiorum aquę medicatæ gratiores essent, nisi montibus & saxis adeò cingerentur, quæ iter ad eas difficile reddunt, quamuis per oppidũ facilior ad eas sit aditus. Sunt autẽ illæ ære copioso, & sulfure infectę, superiùs cõmemoratis calore similes, æris maximã habent partem, minimam

Aquæ Leucenses.

mam sulfuris: limpidæ, puræ, gratæq; gustu, omnis fœtoris expertes. Potæ stomacho ob humidam intemperiem non bene concoquenti, cibúmque fastidienti opitulantur: iecoris & lienis obstructionibus, aquæ inter cutem, colico & nephritico dolori, uteróque frigidiori, & alijs omnibus membris frigida, & humida intemperiæ affectis succurrunt, crurúmque uulnera sanant. In caput exceptæ, destillationibus in nares, & pulmones resistunt: conuulsis, debilitatisq; membris opitulantur, oculorúmque obscuritati & lippitudini prosunt. In balneis eisdem uicijs prosunt, quibus potæ, quamuis minus: ossa fracta coniglutinant: neruosis partibus ex labore defatigatis, lassisq; auxiliantur: nec non podagram abigunt: uetera crurum ulcera malè curata reficiunt, & noua cicatrice carnem expurgatam obducunt. Verùm calidis & siccis naturis, biliosis, regio morbo laborantibus, grauidisq;, pueris, teneris, & delicatis minimè conueniunt.

Potio aquarũ Leucensium.

Instillatio aquarum Leucensium.

Balneæ Leucenses.

Aquæ Leucenses quibus obsint.

Aquæ

AQVAE CALIDAE FABARIAE
uulgo Pfeffers.

Inter alias aquas medicatas natura calidas, non infimum locum obtinent, quæ in Curienſi agro, inter ſolis ortũ & meridiem ſcaturiunt, non longè à cœnobio Pfeffers/ unde nomen habent, quaſi Fabariæ, aut Fauorinę, quidam uocant piperinas. Bone Deus quàm horrendo ac alto in ſpecu tam nobiles aquæ è medijs ſaxorum rupibus, inter duos excelſiſsimos mõtes erumpunt: ſed hos olim ut conijcere licet, interceſsit planities, quam perpetua niuis ac glaciei, per ſolẽ æſtiuum eliquatæ, ex monte Galanda uulgariter dicto, fluxio in præcipitem uoraginem diuiſit, tam profundam, & opacam, ut intuenti quaſi uertiginem excitet, támque ſuperiùs contiguam, ut ſol in media æſtate, & die ſereno uix ſeſquihoræ ſpatio, ibi luceat ſuper diuerſoriorum tectis, non autem in cubiculis, ut hoc anno ſexageſimo ſecundo in menſe iulio obſeruaui, cum generoſiſsimo clariſsimóque comite Philippo ſeniore ab Hanau, &c. qui tum illis

Aquæ Fabariæ Pfeffers bad.

Ortus aquarũ fabariarum inter montes.

Situs fabariarum inſalubris.

illis ualetudinis cauſſa utebatur. Prō-

Scaturigo Fabariarū aquarum.

deunt autem aquæ iſtæ duplici in loco, eiuſdem tamen rupis, nempe inferiùs ad eius radicem, & paulò ſuperius, ſulfure, nitro, ære, auro & ferro infectæ. Inferius quidem perpetuò manant, niſi hyems admodum ſicca fuerit: ſuperius prodeunt in aprilis fine: interdum in maio erumpunt, in ſeptembri autem diſcedunt rurſus. nam aër ante id tempus adeò frigidus exiſtit, ut balneis utentes, eum ferre nequeāt. Qua de cauſa quoq; illæ in iunio, iulio & auguſto tantum ſalubres cenſentur, quanquam etiam eo tempore tantæ ibi tenebræ exiſtant, ut candelis media luce opus ſit in lauacro. Cæterum hæ aquæ puræ & nitidæ ſunt criſtalli more, eóque potioni conueniunt, guſtu gratiſsimæ: calore tam moderatę, ut omni temperamento, & non minus calidis, quàm frigidis affectibus conueniant. Potæ iecoris lienisq; obſtructiones aperiũt: regio morbo, febribus quartanis, aut aliis diuturnis renum, ueſicæ, uteriq; uicijs opitulantur: aquam inter cutem educunt.

Fabariæ aquæ quo tempore prodeant.

Fabariæ quando ſalubres.

Potio aquarũ fabariarũ ad quid ualeat.

In bal-

In balneis omnẽ articulorum dolorem, podagram, chiragramq; discutiunt: papticulas naturalium inefficaces restituunt: nimium intentas remittunt: artubus ex morbo colico, ira & uino resolutis, tremori, quem ira, uictus immoderatus, aut frigus excitauit, omniq; lassitudini auxiliantur. In balneis scabiem, impetiginem, elephantiasis mitia & lepram, ulceraq; maligna sanant: uulnera malè curata iterũ aperiunt, instauranteq; fracturas ossium: luxata, conuulsa, sugillata reficiunt: membra perfrictionem experta excalefaciunt. Capiti instillatæ cerebri obstructiones aperiunt, memoriam firmant, uisum obtusiorem, & auditum grauem egregiè emendant: nisi ripæ iuxta ipsas præterfluentis strepitus, fragorq; intolerabilis die noctúque impediret. ob quem hemicraniæ, alioq; dolore capitis infestatos, nõ adeò iuuare possunt, sed potius offendere. Vidi nonnullos qui totos dies noctesq; per integrã septimanã aquis insiderent, & totam lauationem octo diebus absoluerent, nõ multũ de medicinæ præceptis obser-

Balneæ fabariæ quid possint.

Instillatio aquarum fabariarum.

Abusus in balneis Fabariis.

obſeruandis ſolliciti: cibum potúmque in lauacro ſumebant, ſomnoq; indulgebant. Nihil adeò balneas harum aquarum infamat, ac diuerſoriorum incommoditas, anguſtia & ſpurcities, in quibus etiam tantus ſæpe fœtor ex alui rementis, hîc illic per uiam qua ad lauacrum, uel extra hoſpitium itur, poſitis occurrit, ut animi defectionem hominibus paulò humaniùs educatis accerſat. Omitto quòd cibus & potus non adeò delicatus haberi queat, qualis ualetudinarijs, uſui eſſe poſsit.

Incommoditas diuerſorium.

AQVAE CALIDAE PLVMBARIAE, *uulgo* Plumbers bad/ *gallicè* bains plumiers.

Aquæ plumbariæ.

In finibus Lothoringiæ iuxta celebre cœnobium uirginum nobilium Roremontem, aquæ inſignes, ueluti in rotundo lacu, ſub dio emanant: quan, quam etiam partes illarum ædificijs incluſę ſint, quas Reginæ balneas appellant. Hæ & uulgares ex cõtrarijs natura terrę foſsilibus, nẽpe plumbo, ſulfure, & alumine cõſtant: quidã eas ex plumbo, alumine & nitro imbui dicũt. Serpentes crebrò

crebro in proximis locis ad littora ea-
rum ob calorem frequenter se confe-
runt. Potæ renum & uesicæ uicijs opi-
tulantur: fluxiones siccant: antiquis
febribus prosunt: albos mulierũ fluo-
res præsentes discutiũt: in quibusdam
futuros postea prouocant: infœcun-
dis mulieribus, ob nimiam uuluæ re-
solutionem, & humorum copiam ual
de prosunt. In balneis etiam uteris
frigidis conferunt, & superiùs comme
moratis affectibus, præcipuè autem
membris resolutis, contusis, ruptis
ulceribus malignis, curatuq; difficil-
limis, cancro, phagadęnis, fistulis, ele-
phantiæ recenti: denicq; omnibus cu-
tis uicijs medentur.

Potio plumbariarum aquarum.

Balneæ plumbariæ quid prosint.

AQVAE CALIDAE SYLVESTRES *uulgo* Wildbad.

Hæ aquæ in Ducatu Vuirtem-
bergensi, nomen à Martiana sylua ha-
bent, unde etiam **Waldbadt** potius
quàm **Wildtbad** dici debẽt, inter aspe
ros montes, & terram incultam scatu-
rientes, effluunt tãquàm ex lacu rotun

Aquæ ferinæ. Wildtbad.

Situs aquarũ ferinarum & earum natura

do, paulò magis quàm temperatè calidæ, præsertim ĩn mulierum balneo, sulfure, sale, & alumine imbutæ: nonnulli æris & nitri participes esse affirmant. Hoc etiam aquæ ístæ eximium præ cæteris multis habent, quòd magna in eis sit diuersoriorum, & rerum necessariarũ commoditas, quæ omnis fortunæ & conditionis hominibus displicere non potest. nec quenquam conclauium caritas, aut hospitum auaritia ab eis deterrere potest, ut quæ legibus & decretis Illustrissimi Principis, & Ducis Vuirtembergensis sit coërcita. Ad eadem ualent propemodum, ad quæ Badenses, nisi quòd uiris magis, ut illæ mulieribus, conueniant, & potu, & insidendo utiles. Potę quidem iecoris, & lienis obstructiones, in aqua inter cutem, & morbo regio aperiunt: renum & uesicæ calculos expellunt: vrinam mouent: ventriculum & intestina confirmant: colicos dolores sanant: appetentiam cibi mouent. In balneis etiam calculos præ cæteris eiiciunt, quod sæpe uidimus,

Diuersoriorum commoditas non parum ad curationem ualet.

Ferinarum potus ad quid ualeat.

Balneæ ferinæ calculos expellant.

mus, cùm in alijs tum in muliere quadam prouectæ ætatis, quæ lapidem oui columbini instar, insidens aquæ, ad extremam usq; uesicæ ceruicem excernebat, cui ille adeò impactus erat, ut sine auxilio chirurgi exire non posset. Eodem tempore etiam concionator quidam pituitæ quandam materiam adeò uiscosam, & longam, ut intestinum quoddam uideretur, per uesicæ canalem reddebat, antea miris doloribus excruciatus. Adhæc resolutioni membrorum ex colico morbo potissimum ortę, conuulsioni, stupori, similibusq; uicijs auxiliãtur. In caput autẽ datæ, ut nuper docui, cerebrũ purgãt, sensuumq; instrumenta corroborant: cerebri frigidos affectus sanãt: sonitus intra aures discutiunt. Pueris, adolescẽtibus, iuuenibus, calidioribus, gracilibus, extenuatis, cholericis, mollibus, delicatisq; naturis, et uicijs ex bile, ac sanguine feruente, contractis officiunt. quanq̃ nõ sint adeô feruentes, aut calidæ, ut Badenses: tamen imbecillis stomachus inde ob sulfuris co-

Instillatio seminarum aquarum.

Quibus obsint.

piam intumescere solet, & cibi appetentia amitti. Quæ si eueniant, maturè ab eis abstinendum est. Cùm autem hæ quoq; inter altissimos sitæ montes undiq; circundatos scaturiant, qui diu admodum niuibus hybernis rigent, aër uix in maio desinente fit temperatus, eoq; in fine mañ, iunio, iulio, augusto & septembri salubres esse uidentur. M. Quas alias Germaniæ aquas natura calidas habes? G. Nullas. si uerò plures in posterum cognouero, libenter tibi communicabo. M. Quas uocas manufactas calidas?

AQVAE MANVFACTAE, *calidæ.*

Aquæ manufactæ calidæ.

G. Quæ iuxta originem suam non satis calidæ, sed tepidę, aut frigidiuscula existunt, & igne lebetibus, in quos dimittuntur, subiecto, magis calefieri solent, quò & potui & lauationi aptiores reddantur. In Germania Volkensteinenses apud Hermunduros, inter ipsas & Annebergenses visæ: in Boëmia alter fons calidarũ Caroli quarti, quem

Aquæ in Volkenstein.

Aquæ annebergenses.

ti, quem Creusinum appellant, sub ar ce effluens ex saxis calcarijs. in Italia Porretanæ: sed nos hîc notiores persequemur. *Fons Creusinus.*

AQVE CELLENSES.

Primùm intes aquas manufactas calidas locum obtinent Cellenses in sylua Hyrcinia, iuxta Illustrissimi Principis Caroli Marchionis Badensis oppidum, unde etiam illæ nomen acceperunt, loco amænissimo, pratis, syluis, ripisq; insigni, scaturientes. Aquæ hę in prima origine tepidiusculæ sunt, igne autem inlebetibus magis calefiunt, alumine, ære & modico sulfure imbutæ. Potæ iecoris & lienis obstructionibus mirificè auxiliantur: morbo regio, febribus diuturnis, quæ ex pituitosis, biliosisq; simul humoribus contractæ sunt, nec non quartanis, maloq; habitui, & aquæ intercutẽ subueniunt: item appetentiæ caninæ, & uentriculo praua intemperie affecto prosunt: sanguinis autem profluuio ex naribus, aut alia etiam parte nõ solùm in potu, sed etiam in balneis sin- *Aquæ Cellenses.*

Potio aquarũ Cellensium quid possit.

ATENEO VENETO VENEZIA

gulariter prodesse multis exemplis di dicimus; maximè in uiro nobili, qui sæ pius quotannis immedicabili sangui= nis fluore per nares ad mortem usq; la borare solitus erat, hic cùm istis aquis quotannis bis uteretur, reliquo tempo re, nihil incommodi sentiebat: cùm au tem intermitteret, rursus in morbum incidebat. Sic etiam menstruis immo deratiùs fluentibus, ulceribus diutur= nis, maligniscq;, articulorũ doloribus unicè opitulantur. peculiariter autem ijs qui calido & sicco temperamento prædicti sunt, utiles, Balneæ ex his a= quis non ad omnia similiter uicia, ad quæ potio, conferre possunt. Solent hodie medici Vindelici ægris suis prę cipere, ut primũ sylueſtribus utantur aquis, ad dies quindecim: deinde ad Cellenses se conferãt, ibiq; tam diu la= uent, donec curationẽ absoluãt. quod sanè consiliũ non improbarẽ, si sylue= stris fontis aquã prius, pro natura mor bi biberẽt: deinde in Cellensibus laua= rent: sin autẽ lauare tantùm ægri uel= lent, ut tunc, ubi lauationem incepis= sent, in ijsdem quoq; hanc absoluerẽt,

Balneæ Cel= lenses quos af fectus curent.

Medicorum Augustano= rum consue= tudo.

AQVAE VVEMBDINGENSES
in Baioaria.

Vuembdingenſes aquæ propè oppidum **Wembdingen** M. paſſus à **Nörlingen** ciuitate Imperiali, in pratis ſcaturiunt, nuper ab Illuſtriſsimo Principe Alberto Duce Baioariæ inſtauratæ. Harum fons ſulfure, alumine, nitro conſtat. Valet ad renum & ueſicæ calculos præcipuè, adeò ut quidam à chirurgo malè curatus, illius uſu, quadraginta calculos reddiderit. Defluxionibus diuturnis, quæ καταῤῥοι dicuntur, ſubueniũt: menſes retentos citant: tumores, & aquam inter cutem diſcutiunt: ulcera maligna, & inueterata, fiſtulas, ſcabiem omnem, & lepræ initium ſanant: coxarum doloribus, podagricis, membrorũ contractionibus, articularijs, paralyticis auxiliantur: ſurditatem, & flatus aurium diſsipant: ventriculum cibos non continentem, firmant: gibbos diſcutiunt: morbum gallicum curant: urinam nõ retinentes ſanant.

Aquæ in Wembdingen.

Balneæ in Wembdingẽ ad quid ualeant.

AQVE HVBENSES.

Aquæ Hubenses.

Hæ inter Rhenum & ſyluam Hyrciniam, M. D. paſſus à Badenſibus iuxta uicum **Otterßweyer** exiliunt, mixtura ex alumine, ære & ſulfure, temperamentoq́ Cellenſibus propemodum reſpondent: quidam etiam ſalis aliquid ineſſe eis putant. Potæ uiſcerum obſtructiones aperiũt: febres diuturnas ex ſpurijs & mixtis humoribus diſcutiunt: calculoſis renibus & ueſicæ ualde conferunt: menſes nimiũ fluentes ſiſtunt. In balneis eoſdem etiam affectus curant, externaq́ cutis uicia, ſcabiem, impetiginem, & pruritum emendant.

Potio aquarum hubenſium.

Balneæ Hubenſes.

AQVAE BADENVILLAE, VVLGO Badenweiler.

Aquæ Badenuillenſes.

In ditione Principis Caroli Marchionis, inter Friburgũ & Baſileam aquę medicatæ à patrum memoria, in hunc uſq́ diem celebres extant, unde uicus ſeu uilla in qua ſcaturiunt, cum arce nomẽ **Badenweiler**, quaſi dicas, uicus Badenſis, acceperunt. In colle autem cui mons eſt contiguus, medicata

iſta

ista aqua emanat, alumine, sulfure, & nitro infecta, quod etiam in lebetibus, in quibus calefit, deprehendi potest. Iuxta scaturiginem tepida est, nimirũ quòd ignis subterraneus, uel extra canales sit, ut suprà admonui, uel copia aquæ affluentis obtundatur, alioquin calidior esset. Potio huius aquæ uiscerum obstructiones aperit: febres antiquas discutit: mulieribus menses reducit. Balneæ ex his tusa, conuulsa, distorta, tensaq; restituunt: scabiem, impetiginem, lepram, aliaq; id genus exteriora uicia & ulcera uetusta, maleq; curata sanant: nec non uicia quæ potio sanant, sed non tam celeriter. In caput quâ futura coronalis est, facta hinc aspersio, quæ ἐμβροχὴ Græcis dicitur, defluxiones cerebri exiccat.

Potio aquarũ Badauillensiũ

Balneæ Badauillenses.

Instillatio Badauillensium aquarum.

AQVAE EMBSENSES IVXTA *Constantiam.*

Emsenses aquæ ad radicem montis in quo arx Embs sita est, in finibus Podamnici lacus celebrantur, alumine & nitro modico imbutæ. Hæ tum po-

Balneæ Embsenses ad Constantiam.

tæ, tum in balneis adhibitæ, ad capitis dolores, neruorum resolutiones ex cōlico affectu ortas, & maligna ulcera sunt efficaces.

AQVAE MEDICATAE IVXTA Vberlingen.

Balneæ iuxta Vberlingen.

Ad radicem montis uersus meridiē ex plumbo, æræ, & sulfure frigidæ erumpunt, quæ postea igne calefiunt, ad ueficæ & renum uicia, calculosq; utiles in balneis. Non longè inde distant aliæ æratæ, quæ ter adhibitæ, uerrucas tollunt.

Aquæ æratæ prope Vberlingen.

AQVAE MEDICATAE IN OPPIdo Löffingen *comitatus Furstembergensis.*

Potio aquarum in Löffingen.

Constant sale nitro, & modico alumine: non diu nimis calefieri igne, nec longiùs deferri debent. Potæ aluum ducunt: uteri fluorem album, & strangulatum tollunt: fœcunditatem pariunt. In balneis superfluos humores præcipuè sub cute, & flatus internos discutiunt; sanguinē profluentem sistunt;

Blneæ aquarum in Löffingen.

sistunt: capitis affectibus frigidis & de fluxionibus conueniunt: uisum acuunt: aurium tinnitum imminuunt: pectoris angustiæ, & pulmonum uicijs ex crassa pituitosaq; materia contractis auxiliantur: uentriculum corroborant: lienis inflationes dissipant: spinæ dolores mitigãt: membra defatigata refocillãt: febres inueteratas sanãt.

AQVAE MEDICATAE IN *comitatu* Leonstein.

In oppidulo ad radicem arcis coghomento Leonstein/ unde comitatus etiam nomen habet, fons medicatus extat, alumine, sale, sulfure & ære infectus. Easdẽ ferè habet uires, quas superius recitatæ Cellenses, nisi quòd paulò sit efficacior. Nam iecoris, lienis, renumq; obstructiones aperit: inueteratis febribus auxiliatur: scabiem, uitiliginem, et impetiginem sanat. *Balneæ in comitatu Leonstein.*

AQVAE BERTRINGENSES.

In agro Treuerico, ad primũ lapidẽ ab oppidulo wittlich/ aquę medicatę tepidiusculæ in ualle scaturiũt, ferro, alumine, *Balneæ Bertringenses.*

alumine, & ſulfure modico infectæ. Potæ lieni & ſtomacho imbecilli admodum auxiliantur: febribus inueteratis, conducunt. Balneæ ipſarum idem præſtant, ulcera ſanant, ſcabiē, impetiginem & pruritum diſcutiunt.

FONS SYLVATICVS Waldsborn *uulgo.*

Fons ſyluaticus iuxta Bitſch, Waldsborn

In comitatu Bitſch fons bituminoſus tempore Friderici Cæſaris cœpit innoteſcere, à ſylua in qua ſcaturit, uulgare nomen Waldßborn ſortitus. Aqua huius fontis lapidibus bituminoſis infecta eſt, ſuper quam oleum albi coloris, non nigricans, nec grauiter olens, ut Iudaicum, ſed potius odoratū apparet. Valet ad capitis defluxiones, dolorem dentium & aurium ex frigida cauſſa natum: capillos capitis retinet: ualet contra albuginem oculorū, tuſſim inueteratam, difficultatem ſpiritus, dolorem ſtomachi, & frigidam uentris intemperiem, flatuſq; inteſtinorum diſcutit: obſtructa uiſcera aperit, reſoluit, emollit, maturat; uulnera

Balneæ in Waldsborn

&

& ulcera difficilia curat: tumores reprimit: ualet ad calculum insigniter, & ad uesicæ flatus, nec non ad uteri strangulatum, et eius prolapsum: menses prouocat: dolores articulorum, pedum, manus, coxendicis, in summa omnium ex frigida materia ortos mitigat: deniq; uermes uentris interficit. Hodie nescio ob quam incuriam præfectorum minus frequentatur.

AQVAE MEDICATAE IN Niderborn.

Aquæ in Niderborn.

Alius fons in uico **Niderborn**/in aditu syluæ, qua ad oppidum & castrũ Bitsch itur, ex alumine, sulfure, & ære scaturit. Ad defluxiones capitis utilis, iecoris, lienisq; obstructiones aperit: externos affectus, tumores contra naturam, scabiem, impetiginem, rupta, conuulsa, resoluta, siue ex colico, siue ob defluxionem humorum, & distorta emendat: duriciem neruorum emollit: sterilibus mulieribus fœcunditatem restituit.

AQVAE BATOVILLENSES.

Wattweyerbad.

Iuxta oppidum uulgo dictũ **Wattweyl**/ſulfureæ, et nitroſę aquę extant: aſthmaticis ex pituita auxiliantur; uẽtriculo & inteſtinis refrigeratis conferunt: ſuperfluos neruorum humores ſiccant; renibus calculoſis proſunt; ſcabiem ſanant.

AQVAE VILLINGENSES.

Balneæ Villingenſes.

In ſylua Hyrcinia in oppido **Villingen** extant ſulfureæ, & modici alumĩnis participes: artubus imbecillis in balneis ſalutares: fluxiones exiccant, & uentriculo proſunt.

AQVAE MEDICATAE IN *Brintzbach ultra Rhenum.*

Brintzbacherbad.

Ad radicem montis, in quo celebre generoſi Baronis à Geroltzeck caſtrum ſitum eſt, aquæ medicatæ manant, ære, & ferro imbutæ. Potę quartanę & lienis obſtructioni proſũt. Balneæ ex eis uiſum acuunt: calculoſis renibus, uetuſtiſq; abſceſſibus auxiliantur: impetiginem, ſcabiem & lepram tollunt.

Balneæ in Brintzbach.

AQVAE MEDICATAE
uulgo Ribbad.

M. passus à Friburgo distant hæ a= Ribbad.
quæ, uersus uicum qui **Lautenwey=**
ler uocatur, ære & sulfure infectæ. ocu
lis conferunt, renibusq; calculosis; sca
biem discutiunt.

AQVAE GLOTTERBADENSES.

Apud oppida Friburgũ & **Wald=** Glotterbad.
kyrch sunt, ære & modico sulfure im=
butæ. Iocineroſis, bile suffusis, ob=
structionibus lienis, frigido & humi=
dõ uentriculo, appetentiæ caninæ, &
febribus inueteratis auxiliantur.

AQVAE MEDICATAE IN
Zuckenthal.

Hæ quoq; non longè ab oppidis
Waldkyrch & Friburgo Brisgoiæ di Zuckenthal.
stant, sulfuris, aluminis, nitri & salis
participes. Hydropicis & flatuosis tu=
moribus, anhelatoribus, uteris frigi=
dis, & albo ipsorum fluori, lassis & sca
biosis in balneis conferunt. Atq; hæ
sunt oẽs in Germania aquæ medica=
tæ celebriores. M. Quæ sunt in Italia:

G. Referam paucis, ut quas ab alijs fi-
de dignis didicerim.

AQVAE MEDICATAE IN Italia.

AQVAE CALIDAE APO-nenſes.

Aquæ Apo-nenſes.

Salſæ, aluminoſæ, & modicè ſulfu-reæ ſunt: album fluorem mulierũ ex pituita ſanant: fœcunditatem pariũt: capiti uerò ad pituitam abundantem inſtillantur.

AQVAE CALIDAE SANCTI Petri.

Aquæ ſancti Petri.

Admodum feruentes ex alumine, & ſale copioſo ſcaturiunt. Potui pa-rum aptæ, eoq; minus celebres ſunt.

AQVAE CALIDAE DOMVS nouæ.

Aquæ domus nouæ.

Ex alumine & ſale copioſo cõſtant, calcis & cineris modicè participes. A-quę inter cutem ex frigida intemperie contractæ potu utiles.

AQVAE CALIDAE MONTIS Grotti.

Copioſo fulfure conſtant, modico alumine

Id est, pluri, quã alię Patauinę. Omnes n. Patauinę minues sulphureę, quã salsę, uel alumi-nosæ, si Sauonarolę credamus, qui alu-minosa Patauina salsa, ex prędominio, ait, dicit salsa, modicè sulphurea.

alumine & cinere, ſiccant ualde: mi= nus calefaciunt. Inſtillatæ capitis de= fluxiones cohibent: articulos pituita laborantes iuuant. *Aquæ montis Grotti.*

AQVAE CALIDAE S. BARTO= lomæi iuxta Patauium.

Bitumine & ſulfuræ imbutæ ſunt, aluminis, nitri & ſalis exigui partici= pes. Nodis, ſcirrhis, neruis induratis, & articulorum tumoribus proſunt. *Aquæ ſanctæ Bartolomæi. emollientes.*

AQVAE CALIDAE S. HELE= næ iuxta Patauium.

Aluminoſæ ſunt, & nitro abũdant. hinc neruos emolliunt, ex craſſa pitui= ta duros factos, ſanantq; ſerpentia cu= tis uicia. *Aquæ ſanctæ Helenæ.*

AQVAE CALIDAE MONTIS Orthoni iuxta Patauium.

Ex ſulfure, ſale & alumine infectæ, in balneis ſcabiem curãt: ſuperfluum uteri humorem conſumunt, ac omni= bus diuturnis morbis ex frigida & hu *Aquæ montis Orthoni.*

mida cauſſa contractis proſunt?

AQVAE CALIDAE IN ROmandiola.

Aquæ balneis idoneæ in Romandiola.

Ex fulfure, ferro, & ęre tres balneę inueniuntur. Primę, de turri dictę, articulorum doloribus conferunt, ſed potu inutiles. Secundę perultronę uocantur, quòd nebulonum cutis uicia, quibus laborare ſolent, ſcabiem, & impetiginem curent. Tertię dominabus aſcribuntur, quia mulierum morbos ex utero uenientes ſanant, inſigniter calidę.

Balneæ de turri.

Balneæ pultronæ.

Balneæ dominarum.

AQVAE AD LEVCARIM VRBEM.

Balneæ ad Leucarim urbem.

Aluminoſę, ſulfureę, & nitroſę, indurata emolliunt, ulcera difficilia ſanant.

AQVAE CALIDAE PORRETAE.

Aquæ Porretanæ,

Quaſi temperatę, ſed Aponenſibus ualidiores, aluminoſæ, & modico ſulfure, ſale & nitro ſcatent. Potę cerebrum ſenſusq; & uentriculũ corroborãt: capitis defluxiones ſiſtũt: difficultatem ſpirandi tollunt: appetentiam cibi excitant: ſanguinem, ex

fracto

fracto uase in pulmone, aut pectore profluentem sistunt: renes firmant: calculos atterunt: uterum ad fœcunditatem perducunt: album fluorem tollunt, & podagram sanant.

AQVAE CALIDAE CORSENAE.

Aquæ Corsenæ.

Quę in Lucensi agro scaturiunt, sulfure, alumine & salis flore constant, limpidæ admodum, tactu calentes, omnis extranei saporis ac odoris expertes. Potę emolliunt, incidunt, absterguntur, purgant, uiscerum obstructiones aperiunt, renum calculos exterũt, ad interiora penetrant.

AQVAE RVBRAE FRIGIDAE Lucenses.

Aquæ rubræ Lucenses.

Aeratę sunt, & aluminosę, quasi frigide, potę tonsillis, auribus, uuæ & oculis commendantur. has calefacere oportet.

AQVAE VILLENSES.

Aquæ Villenses.

Apud Lucam extant etiam aquæ Villenses ex ferro & alumine. In-

temperiem calidam renum & iecoris simplicem immutant: aut cum ea humores quoq; expurgant, & quos in transitu reperiũt, eluunt: sitim arcent, & sanguinis sputo, & ex alijs partibus profluuio auxiliantur. Exteriorum autem partium habitum magis, quàm interiorum uiscerũ exiccãt occludunt́q;. hinc ex accidẽti etiã interiora calefaciunt. Quia uerò Mercurij quoq; participes sũt, ut annuli in ijs madefacti ostẽdũt, si non rectè administrentur, iecur debilitant, & aquã inter cutẽ gignunt.

AQVAE PISARVM.

Aquæ Pisarũ. Hæ senario numero celebres sunt.

1. Primæ sancti Iuliani ueteres dictæ, aluminis & sulfuris participes. Secun
2. dæ Saniæ dicuntur, copiosissimo sulfure imbutæ, calidis ideo temperatu-
3. ris noxiæ. Tertiæ à sanis, eoq; in ipsis lauent, nomen sortitæ sunt, magis aluminosæ quàm sulfureæ, uires corpo
4. ris confirmantes. Quartæ ad reginam referuntur, ferro imbutæ, ob quod sanguinis fluorem coërcent; uentriculum
5. corroborant. Quintæ marmore infectæ.

fectæ. ideo ualde refrigerant, & ſteriles ob nimium calorem, fœcundas reddunt. Sextæ ab aquis uocantur: ferreæ & aluminoſæ; nimium calfactis utiles, ut quorum corporibus implendis augendisq; conueniant. At cùm luteum colorem acquirunt, ab eis abſtinendum eſt. 6.

AQVAE IN DITIONE SE-narum undecim.

Primum locum habent Petrioli, ſulfuris & aluminis participes. Secundũ farinæ dictæ prioribus ſimiles, ſed leniores. ideo homines prius in eis aſſueſcunt. Tertium à cometis uocatæ, dulcis aquæ ſimiles, in ijs cucurbitulas applicare ſolent. Quartum ſulfure & ferro imbutæ: ualde calefaciunt & ſiccant. Quintũ magis ſulfureæ, eisq; uicinæ temperatiores. Sextum, Dominarum aquæ, ſulfuris copioſi pleneq; Septimum Caldinæ, ferratę, & aluminoſæ, naturalia membra roborant, & uenerem promouent, lienem extenuant, & ſanguinem cohibent. Octa- 1. *Aquæ in ditione Senarum.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

uum aquę Morcerati, quę alijs sunt
mitiores: ideo ab his ualetudinarij
9. incipiunt. Nonum Rapolani aquæ,
ex copioso sulsure constant, ad pin-
guiorem scabiem utiles,& superfluos
10. uteri humores consumunt. Decimum
aquę Auenioni, ferro, alumine,& mo-
dico ęre mixtæ. hę respondent uiri-
bus aquis Reginę, sed tardioris effe-
11. ctus. Vndecimum aquę sancto Phi-
lippo ascriptę, alumine & nitro infe-
ctæ, eoq; instillatio ex eis facta, ualde
siccat. His acceduntaquę Borlę nitro-
Aquæ Borlæ. infectæ, sed astringentium expertes,
eoq; aluum probè subducunt potę:

AQVAE VOLATERANAE.

Aquæ uolate-
ranæ. Tres earum species sunt: primæ alu-
minosę & sulfureę sunt, similes Apo-
1. nensibus,& montis Grotti: secundæ
2. ferratæ & aluminosę: tertię sale, sulfu-
re & alumine copioso imbutæ sunt,
3. nec non periculosæ. nam adeò mali-
gni uapores inde exhalant, ut aues il-
lac præteruolantes necent:

AQVAE

AQVAE IN DITIONE VITERBII.

Aluminoſę, ęris, & ferri portionem habent, ualles Cayn dictæ, mulieri- ex intemperie frigida, & humoris co- pia infœcundis ſalubres potu: minus in balneis: mulieribus etiam magis, quàm uiris idoneę. *Aquæ Viterbienſes.*

AQVAE IN DITIONE Viterbij Cruciatorum.

Ferreę, æreę, & ſulfureę admodum, in balneis podagricis utiles, & articu- larijs ſalutares. inſtillationi accom- modę. *Aquæ Cruciatorum.*

AQVAE DE BVSSETIS in ditione Viterbij.

Sulfureę & ferratę: inueterato coli dolori, luxatis & fractis idoneę tum in potu, tum in balneis. *Aquæ de Buſſetis.*

AQVAE PVLICANI.

Hæ admodum ſunt feruentes: eodē die mutant colorem in aureum & ar- g nteum. Exuſtos humores purgant: iecori utiles. *Aquæ Pulicani.*

AQVAE PALATIORVM.

Aquæ Palatiorum. Alumine magis, quàm fulfure infectæ ſunt. ſcabiem & alia cutis uicia optimè diſcutiunt.

AQVAE S. MARIAE IN FELICE.

Aquæ S. Mariæ. Ferro & ſulfure conſtant. articulorum reſolutioni, ileoſo, colicoq; dolori conferunt.

AQVAE PRATI.

Aquæ prati. Modico ſulfure imbutæ: flatus in utero & articulis diſſipant.

AQVAE PAGANELLI.

Aquæ Paganelli. Nitro, alumine, & modico ære infectæ ſunt, potæ uentriculi affectibus unicè ſalubres, purgant, confirmant, appetentiam excitant.

AQVAE ASINELLAE.

Aquæ Aſinellæ. Ex ære conſtant, ſulfuris participes: hydropicis, obſtructionibus uiſcerũ, & uteri collectionibus potu utiles.

AQVAE VRBIS VETERIS

nouem, ut

Aquæ à terris. Aquæ à terra dictæ, aluminoſæ

& ferreæ: purgant renes. item aquæ Caldanę appellatæ, ferri minus participes: humidam scabiem abstergunt. Post has aquæ S. Mariæ calidæ & siccæ plurimùm. His succedunt aquæ à Caldagna uocatæ, calidæ & siccæ uehementer, duabus instillationum sedibus instructæ. Sequuntur aquæ Sicuncellæ seu Iecorarię, mediocriter calidæ, media inter ferream & aluminosam, facultate præditæ, uentriculo, iecori, & lieni siue calidam, siue frigidã intemperiem experto idoneæ. Ab his occurrunt aquę de Grotta, ferri & ęris materiam expertę. Potio illarum uesicam & meatus urinarios, renesq; uiscosis & frigidis humoribus liberant, tandemq; eos corroborant. Præter has sunt aquæ S. Georgij calidæ quidem, sed magis siccæ. ideo singulariter ulcera inueterata conglutinant. Insuper aquæ Pirus, sudorẽ prouocant, eò quòd calidæ & tenuis essentiæ sint. Postremò aquæ à luto nomen habentes: crurum crassitiem, neruosq; contractos extenuant, & resoluunt, si quis

2 Aquæ Caldanæ.

3 Aquæ S. Mariæ.

4 Aquæ à Caldagna.

5 Aquæ Sicuncellæ. Ficuncellę

6 Aquæ de Grotta.

7 Aquæ S. Georgij.

8 Aquæ Pirus.

9 Aquæ à luto dictæ.

ad menſem unum, uel duos in eis moretur.

AQVAE PERVSII.

Aquæ Peruſij. Hæ aquæ ſunt nigræ, fætidæ, bituminoſæ, ſulfureæ: hyeme frigidæ, æſtate calidæ, frigidos & humidos affectus ſanant.

AQVAE DICTAE AQVARII.

Aquæ Aquarij. Frigidæ, limpidæ, claræ & ſuaues in uaſis ligneis igne calefiunt: camphorę odorem repræſentant, ſinus et ulcera curato difficilia perſanant.

AQVAE VINADI IN *Pedemontio.*

Aquæ Vinadi. Ferreæ, potu ſanguinis fluori utiles: confirmant uentriculum, ſimiles etiam ſunt apud Piſas Reginæ dictæ.

AQVAE IVXTA VERONANAE *uillam Chaldæram.*

Aquæ iuxta uillam Veronanæ. Ferreæ & aluminoſæ, potæ pituitam ex cerebrò fluentem ſiſtunt: ſanguinis ſpuitionem prohibent.

AQVAE

AQVAE IN APVLIA.

Permultæ ſunt in Apulia. Primùm Sudatoriæ dictæ, uiſum acuunt: lacrymas ſtringunt. poſt has, nouem ſpecies celebrantur. Prima earum quę à Bulla uocatur, capiti, oculis, iecori, lieni, & utero idoneæ in caput datæ de fluxioni & oculis ægris medentur. His ſuccedũt ſulfureæ. Hinc Aſtianæ pulmoni, lieni, & tuſsi abigendę aptę: appetentiam excitãt. Aqua à Iuncare uocatæ, ad uentriculum & iecur roborandum efficaces: lætitiam & hilaritatem inducunt: venerem excitant. Poſtea aquæ, q̃bus nomẽ Locris eſt, Neopolitanis magno in uſu, ſuaues, tepidæ & multùm gratæ, in villa ſcaturientes, in qua Ciceronis academia fuit: quemuis dolorem, anguſtiamq; tollunt: capitis & oculorum fluxionibus, caligini, ſuffuſioni opitulantur: ventriculi concoctionem iuuant: conſumptos reficiunt: renes confirmant. His adduntur à Tripta appellatæ, dulces, non magis calidæ, quàm ut

Aquæ in Apulia.

Aquæ Sudatoriæ.

1

Aquæ a Bulla.

2

Aquæ ſulfureæ.

3

Aquæ Aſtianæ.

4

Aquæ Iuncare.

5

Aquæ Locris.

Aqua iuxta academiam Ciceronis.

6

Aquæ à Triptadictæ.

bibi possint. Potæ igitur uentriculum & iecur infirmum corroborant, pulmones offensos restituunt: tussim mitigant, hydropicis autem obsunt. Præterea aquæ sunt à petra cognominatę, eò quòd potæ calculos conterant, expellántque: cæterum omnes capitis molestias dissipant: surditatem, oculorum caliginem, suffusionemq; discutiunt: pectori & cordi salubres. Iam aliæ adhuc sunt quę à colatura nomen habent, potæ cor exhilarant: tussim molestam tollunt: pulmones à pituita liberant: tussim prohibent: uentriculi concoctionem iuuant & appetentiam excitant, in balneis præcipuè pulmoni conferunt. Postremę aquæ in Apulia nominantur Lauacrū, lienis & iecoris duritiem discutiunt.

7 *Aquæ à petra dictæ.*

8 *Aquæ à colatura appellatæ.*

9 *Aquæ Lauacrum nominatæ.*

AQVAE CIVITATIS AQVInensis montis ferrati.

Aquæ Aquinenses.

Hæ duobus diebus limpidæ sunt, tertio virides, quare sæpius expurgantur. Ingratus earū sapor est, tanquam ouorum putridorum, artubus & capiti

piti ſalubres; maximè ſi frigida mate-
ria infeſtet.

AQVAE CARPENSES.

Frigidæ, limpidæ: non adeò grati ſaporis: odoris ferè nullius, alumino-ſæ, & modici ſulfuris, ſaliſq; participes. Aſtringunt, ideo & citra roſionẽ exiccant, non refrigerant, ſed primo ordine calefaciunt, & initio tertij exic-cant, quare renum, & ueſicę exulcera-tioni conferunt, & alia vlcera conglu-tinant. Atq; hæc de Italicis aquis me-dicatis, quanta potui breuitate ſum complexus, ſi plura deſide-ras, Sauoranolam & alios autores conſulito. *Aquæ Capen-ſes.*

IOAN-

Ioannis Guinthe

RII ANDERNACI
MEDICI,
DE FONTIVM ACIDVLARVM
Salsularumq; facultate & usu.

DIALOGVS SECVNDVS.

MATHETES, Aquarum tum natura, tum igne externo calentiũ originẽ, uires, & usum heri me docuisti, honorate præceptor, ubi uerò acidi salsiq; fontes inueniãtur, & quid auxilij hominibus adferre possint, hodie si placet, mihi declares. GERON. Apud maiores nostros pauci admodum in Germania cogniti fuerunt, duo sanè in Sueuia, unus ad oppidum Gœppingam, alter ad Caluense oppidum in uico Deynach, quatuor in Cattorum regione ad Valdungam

gam oppidum. alius in Vueſtphalia ad arcem Domum nouam dictam: in Boëmia iuxta Elboganum plures: unus ad calidas Caroli quarti: alter diſtat lapidem unum à Culma oppido, quà itur Aegram, ſicut Agricola etiã annotauit: ab hoc non pauci diſtant fontes etiã acidi, ſed inſani dicti, quòd cùm ſint frigidi, ebullire uideãtur: alia acidula ab his ad quartum lapidem etiam uerſus Aegram extat, cui nomẽ eſt furioſa, quòd ebulliens magno cũ ſtrepitu efferatur: denicq; in ipſo penè ſuburbio Aegræ oppidi acidula ſcaturit: in Italia tres tantùm, unas ad quartum lapidem diſtat à Teano Siriſino cognomine: altera non longè ab eodem in Venefrano: tertia in Stabiano, quæ dimidia uocatur. in Siciſia quoq; una, & in Macedonia nobilis extat apud Lynceſtum. M. Ex eiſdemné rebus ſubterraneis omnes, an ex diuerſis trahunt originem? G. Ex diuerſis. nam alíj ex alumine, alíj ex ſale, alíj ex nitro, alíjs ex chalcantho: quidam ex ære, quidam ex ferro, facul

Acidulæ ex uarijs rebus ſubterraneis fiunt.

tates

rates ac ſaporem acquirunt. Raro autem ex ſimplicibus iſtis enumeratis, ſed mixtis potiſſimùm uel duabus, uel tribus, uel pluribus, partim ſuccis concretis, partim liquidis, partim metallis, partim terris conſtant. Nunc enim ferro additũ eſt chalcanthũ: nunc terra rubrica, præſertim ſynopica, quę mater ferri eſt: nunc ochra: aliàs alumen: aliâs ſory, aut chalcitis, aut miſy: aliâs ſulfur, redditq; aquas minus acidas, quandoq; chalchanto alumen, quandoq; hoc illi admiſtũ eſt. Vbi uero chalcanthũ copioſius eſt quàm alumen, tunc aqua magis pungit, acriſque percipitur. Vbi alumen ſuperat, chalcantho acrimoniã nõnihil obtundit. Acidulæ igitur ſiue ex ære & alumine, ſiue ex alumine & ferro, ſiue ex ferro & ſulfure, ſiue ex alumine & ſale nitroq;, ſiue ex alumine & chalcantho, aut chalcitide, aut melanteria, aut ochra, aut miſy: ſiue ex duabus hiſce, ſiue ex tribus conſtent, omnes ſunt guſtu gratiſsimæ, tanquam ſubacidum quoddam uinum reſipientes.

Quæ res miſtæ acidulas gignant.

Acidula pungens fit ex chalcantho.

Acidulæ omnes gratiſſimæ, ſubacidũ uinum referentes.

Nõnullæ ex eis repræsentant saporẽ, qualis in aqua deprehenditur, in qua candens ferrum extinctum fuerit: & cùm sulfuris aliquid additum est, odor grauis in summis faucibus percipitur, atq; sumosum aliquid naribus obiicitur. Nonnullæ etiam cum astrictione acrimoniã quandam obtinent, linguam initiò pungunt, & astringũt: sed paulò pòst dulcescunt. M. Quales sunt essentia acidi fontes? G. Omnes sunt limpidissimi, clarissimiq; argenti modo, & subtilissimi. super ignem autem excalfacti, turbidi, spumosi, albidi: alij tandem rubri fiunt. æstate ualde frigent: hyeme tepent. Adhæc si in loco calido consistant, aut per ignem incalescant, omnẽ acorem, non autem uires amittunt. Nam si in cellam, aliumúe locum frigidiorem reponantur, rursus acescunt: id quod in aquis Embsensibus calidis iuxta Lan fluuium, quæ ex fontibus acidis magna ex parte profluunt, experiri licet. M. Quod modis ad ualetudinem curandam utiles esse possunt? G. Duo-

bus;

Sulfur ferro additum.

Sapor astringens & acris postea dulcescens.

Fontes acidi iuxta originem limpidissimi.

Calfacti turbidi & acoris expertes.

bus, nempe potu, & insessu. sed in morbis internis bibendi, in exteriori bus ad balneas accõmodandi sunt: si uerò morbus utrunq; requirat, potio præcedet, lauacrũ sequetur. Hoc autẽ notandum est, aquas istas duplici ratione potari, uel ut corpus uiciosis humoribus expurgetur, uel ut temperamentũ eius immutetur. Cùm autem purgationis gratia assumitur, maior eius copia, cùm immutãdi, minor conuenit, sic ut in priore usu somnus prohiberi, in secundo concedi debeat, sicut in alijs medicatis aquis obseruandũ dixi. M. Ad quos potissimùm affectus acidulæ conferũt? G. Cùm uaria sint hominũ temperamẽta & naturæ, humoresq; uicioſi in his magis, in illis minus abundẽt, nõ possunt similes in omnibus existere, simplices, siue mistæ, quæ non multùm ab ipsis differunt, potæ soli tum corporis totius, tum calidæ humidæq; iecoris, renum, uesicæ, & aliarum partium, quibus resolutio coniuncta est, intemperaturæ conueniunt. Itaque cephaleæ ex calidacerebri membranarũ, aut aliarum

tudinem.

Acidulæ aquæ ad quos morbos ualeant.

capitis partium intemperie ortæ: item
deſtillationi calidę in pectus, uentricu
lum, renes, ueſicam, & neruos condu=
cunt: amiſſam uentriculi æſtuantis ap
petentiam reuocant, illumq; corrobo
rant, & ſitim magnã extinguunt: alui
profluuiũ ex ſtomachi uicio, aut ieco=
ris, aut hæmorrhoidũ ſiſtunt: fluorem
menſtruum immodicũ tum rubrum,
tum albũ reprimunt: ſuperfluũ uteri
humorẽ abſumũt: lienis obſtructioni,
imbecillitatiq; auxiliãtur: prętera rea re=
ficiunt partes reſolutas, artusq; deflu=
xionibus grauatos adeò, ut ægri pedi
bus inſiſtere nequeant: poſtremò ute=
rum nimis relaxatũ & humidũ confir=
mant, idoneumq; conceptui efficiunt:
ſterilitatẽ, & ſtrangulatũ illius tollũt.
Acidulę autẽ quibus ſulfur & ferrum
permixta fuerint, ut in plærisq; ſolet,
humores ſuperfluos diſcutiũt, & exic=
cant. ideo hydropem nondũ inuetera=
tam curant, modò nõ ex lienis ſcirrho,
uel ſiccitate ſtomachi, ſed copioſa hu=
morum collectione in eo facta, con=
tractus ſit, ut ex febri quartana aſcites:

Acidulæ ſulfuris & ferri participes quid præſtent.

ſicta=

sic tamen ut decens uictus ratio, & alia necessaria rectè administrentur. M. Cur plærique hydropici, & alijs grauibus infestati morbis, huiusmodi aquarum usu non consanescunt? G. In caussa est, uel quòd illi intempestiué eam bibant, uel quòd uires ægrorũ adeò sint imbecillæ, ut ne cibos quidem idoneos concoquere, tantùm absit, ut multa remedia ferre queant. M. Quibusnam obesse solent? G. Quibus pulmonum humiditas exiccanda est, quique tussi laborant, & suspiriosi sunt, ἀσθματικὸς Græci uocant. nam uocis spirationisq; officinæ resolutione, non astrictione indigent. adhæc insalubres sunt ijs, qui nimis imbecillo uentriculo, & frigido prædi ti sunt. M. Satis superq; acidorum, fontium originem, naturas, & facultates mihi recensuisti: quando autem eis, & quomodo utendum sit, reliquum est ut edoceas. G. Quia acidi fontes frigidi sunt, in calido anni tempore, nempe ad finem maij, aut in iunio, aut iulio, aut augusto potari debent.

Acidulæ sicut aliæ aquæ medicatæ cur nõ semper iuuent.

Acidulæ quibus obsint.

Fontes acidi quando & quomodo potandi.

sic etiam salsulæ cùm alijs rebus sub-terraneis frigidis mistę sunt. M. Quoties quotidie, & qua potissimùm hora? G. Bis, nempe manè & uesperi, aut semel tantùm, si uires sint debilitatæ: sic autem, ut excrementa tum alui, tum uesicæ, tum pectoris, & oris sint prius excreta. ideo nec cibus anteà, nisi post horas tres, quibus aqua ea, quam quis bibit reddita fuerit, subsequetur. M. Quanám mensura & portione assumi debent? G. Quia nonnulli magnam copiam aquæ ferre nequeunt, aut eam ob dissuetudinem reuomunt, & stomachus eorum cibi appetentiam amittit: quidam uerò contrà sine aliquo periculo illam sustinere, quemadmodum ei assueti cholerici, et sanguinei, possunt, consilium est, ut iusta & conueniens cuiusque temperamento, cõsuetudini, tempori anni, et loco, mensura prescribatur: sic ut ea initiò non nimis ampla, nec frequenter bibatur: sed paulatim, tanquã per gradus augeatur, donec ad certã quandam & iustã dosin perueniatur,

Mensura dcidularum sumendarum quanta singulis præscribenda sit.

quã ſtomachus facilè ferre queat. nam imbecillis, reſolutusq; grandẽ copiã aquæ noxiam experitur, ſicut etiam ij qui uentriculum ualde frigidum obtinent. Atq; in hoc aquæ potandę modo & ratione menſem integrum, uel diutius, prout morbus requirit, perſeuerandum eſt. M. Quomodo aquæ frigus corrigi poterit? G. Si ſtatim poſt eius potionem, aniſi, aut cinamomi momentum aſſumatur. aut ſi frigida offendat, tepida, & quaſi temperata bibatur: quamuis minus grata talis eſſe ſoleat. nam totũ ſaporem naturalẽ amittit. Germani medici balneas magis ex acidulis, quàm potiones ægris conſulunt, et ſi quãdo has quoq; admittunt ex ipſis quoq; ſicut ex alijs medicatis aquis calefactis ſumendas cẽſent: idq; eo tempore, quo ęgri lauacris inſidẽt, magno ſanè ipſorũ errore, & illorum incõmodo. Nam ſi earũ potione & lauacro utendũ eſt, illa octo, aut decem, aut quindecim diebus balneas præcedet: deinde hoc quoq; totidem permittetur: nõ tamẽ ſtatim in id

Aquæ acidæ copioſa potio noxia.

Acidulæ frigidæ correctio.

Error Germanorum in potandis aquarũ acidis.

Ordo in acidorum fontium uſu obſeruandus.

descendere, sed diem unum, quo uires nõnihil recreentur, interponere oportet. Quòd si balneum non requiratur, potio uiginti, aut uiginti quinque diebus continuanda est. M. Possunt né acidulæ etiam utiliter ad balneas accommodari? G. Quamuis potio illarum salubrior existat: tamen quia Germani nostri non facilè, nec diu à balneis abstinere possunt, primùm diebus aliquot, nempe quinque, aut sex, aquam acidam bibant: deinde in ea lauent: aut si hoc quoque illis graue erit, manè bibant, uesperi lauent. M. Quid post potiones singulas agendum? G. Lentè inambulandum satis diu, corpúsque leni quodam exercitio citra lassitudinem commouendum, donec illa excernatur. M. Quomodo? G. In quibusdam per urinas, in quibusdam per aluum, in quibusdam per sudorem: in alijs uno, in alijs duobus, in alijs omnibus modis. Sunt aliqui, sed pauci, in quibus nec aluũ, nec urinas, nec sudores, nec uomitiones moueãt: sed è con-

Acidulæ à potione aspirandæ.

Post aquam potam quid agendum.

Aquæ acidæ excretio.

Quot modis acidulæ excernatur.

trario

trario meatus & ſpiracula aſtringant. Hi ergo, quibus id accidit, ſtatim ab illius uſu abſtinebunt, ne in dolores colicos, et inflationes ſtomachi incidant: & clyſtere ex aqua eadem, cum modico ſale, zaccaro rubro, & melle roſaceo eam euacuabunt. M. Debetné corpus antea aquæ huius uſum præparari, an id non requiritur? G. Pro ratione morbi illud euacuandum eſt, ſi humorum materia in uentriculo, primis uenis, & internis iecoris partibus craſſa, & uiſcoſa hæreſcit, primùm decoctis quæ incidunt, extenuant, & meatus aperiunt, apparari: deinde expurgari, ut ſuperiùs admonui, pro illius natura debet: poſt hæc tandem ad acidulæ potionem ueniendum eſt. M. Quando, & quis cibus aqua iſta utentibus conuenit? G. Vbi natura eam rurſus excreuerit, uel uno, uel duobus, uel omnibus ſuprà dictis modis, quod tribus plærunq; horis fieri ſolet: in balneis autem, ubi corpus iterum ſe à calore illarum recrearit, ſumendus cibus, qui non multùm à communi &

Clyſter ex acidula.

Præparatio corporis ante uſum acidularum.

Cibus in acidularum uſu quis eligendus, & quando ſumendus.

familiari differat, modò boni ſucci, & cõcoctu facilis ſit. aſſa magis quàm elixa proſunt: quanquàm hæc quoq; interdum admitti ante illa poſſint, ita ut non curioſè nimis iuſcula ex aromatis & herbis calidis parentur. Quia uerò leues cibi & faciles, in bilioſis ſtomachis corrumpuntur citiùs, & nidoroſi fiunt, ut qui putridum redoleant, ſolidiores ipſis magis conueniunt. Itaque tum aliæ ciborum materiæ infirmæ, tum fructus horarij reijciendi ſunt, eò quòd tales uicioſos aquoſoſq; humores generent. In ſecunda menſa concedi poſſunt cortices citri conditi, coriandrum, aniſum, amygdalæ, nux condita, & ſimilia tragemata ſtomacho apta. Lactaria omnia uitanda. M. Quis potus conueniat? G. Vinum tenue, limpidum & clarum, non nimis ualens, aut infirmum, dulce, aut acerbum, ſed modicè auſterum, ætate medium: uel ſi non merum, certè acidula dilutum. M. Solent né in acidularum uſu, caſus aliqui, ut in alijs medicatis fontibus ſuperuenire?

Aſſa præſtant elixis in potione aquæ acidæ

Cibi ſolidiores cholericis magis apti.

Potus in acidulorũ fontium uſu.

uenire? G. Pauci inde offenduntur, qui prudenter eis, & periti medici consilio utuntur, nisi fortè grauibus antea morbis afflictati, & uiribus imbecilli adhuc fuerint, aut qui temerè & intemperanter illam bibunt. Hoc autem obseruari debet, ut uesperi minus corpus exerceatur inambulatione, quàm mane: à cibo autem minimè. quanquàm leuis quædam motio ad spiritus recreandos, & ut cibus facilius descendat, quæ lenta fit obambulatione, concedi possit. M. Acidularum naturas, & usum iam satis ex te didici, obseruande præceptor, ne grauêris etiam quæ in singulis regionibus, ubi tu uersatus fuisti, celebriores existant, paucis recensere. G. Faciam, eoq; libentiùs, quòd patria mea nobilissimis quibusque, & pluribus quàm ullæ regiones aliæ scateat. Cùm enim anno superiore Diocœsin Treuericam & Colonienſem amicorum uisendorum gratia peragrarem, non facilè dixerim, quàm uariæ & salubres acidulæ hîc illic

Casus pauci in acidularum usu superueniunt.

Exercitatio qualis esse debent.

Motio leuis à cibo incidatur

Fontes acidi permulti in Diocœsi Treuerensi & Coloniensi.

illic mihi occurrerent. Id autem uehementer mihi dolebat, quòd indigites harum regionum illas in nullum aliũ usum, quàm ad quotidianum potum uiniloco potarent: ob quod mihi Hesiodi illud in mentem ueniebat

O utinam agricolæ nossent quid malua ualeret.

leret. Quas igitur ego uel ipse expertus sum, uel etiam ab alijs fide dignis cognoui, hîc ordine subiungam. Tui autem erit officij diligenter in memoriam reuocare, quæ superiùs de aquis medicatis omnibus experiundis, probandisq; docui, omnesq; acidulas siue simplices, siue mistę fuerint chalcanthi semper esse participes.

ACIDVLAE APVD AEGRAM *& loca ei uicina.*

Acidulæ in Boëmia.

Iuxta syluam Boëmiæ in ipso ferè suburbio Aegrę oppidi, fons insignis, uulgo **Seurling** uocatus, alijq; plures in uicinia, insani dicti & furiosi, chalcantho, ære & ferro imbuti scaturiunt, non parum morbis curandis utiles. Poti uiscerum, iecoris & lienis in-

Potæ quid faciunt.

temperiem

temperiem calidam, & obstructiones liberant: febres, & quicquid putridũ in corpore latet, discutiunt: uentriculum corroborant: appetentiam amissam restituunt: menses, & alios fluores sanguinis immodicos coërcent. In balneis autem, omnia ulcera inueterata, scabiem, impetiginem, & similia cutis uicia sanant. *In Balneis quid possint.*

ACIDVLAE IN DVCATV *Vuirtembergensi.*

Vna iuxta Goppingam oppidum Saurbzun dicta. altera inde centum passus prope domum uillicam: tertia hinc mille passus, in uico Ebenhussen/eiusdem ferè materiæ fossilis participes sunt, nempe chalcanthi, æris, ferri & modici sulfuris: multis etiam saxis pyritis, & calcarijs imbuuntur. Hoc autẽ obseruandum, Goppingensem, sicut etiam eam quæ in Ebenhussen est, diuersis è locis scaturire. Eam sanè quæ uasis fictilibus ad potum excipi solet, limpidam, claram, & grationem esse: alteram uerò quæ alueo *Acidula Goppingensis.* *Acidula in uilla.* *Acidula in Ebenhusen.*

amplo

amplo ad balneas accommodatur, mi nus acidam, & puram esse, eò quòd a quæ dulces simul eis commiscentur: aliâs tot lauacris parandis respondere non possit. sed uulgus id non intelli git. Cæterùm omes límpidiores potæ uentriculo imbecilli, cibosq; fastidien ti salutares. adhæc iecoris lienisq; ob structiones, regium morbũ, affectus bilioſos, tertianamq; et febrẽ spuriam tollunt: nec non uermes & lumbricos expellunt. In summa omnibus alijs in ternis uicijs ex putredine subueniunt, si decens uictus ratio simul obserue tur, quæ plærunq; à Germanis nostris negligi solet, cùm tamẽ plus dimidio ad sanitatem recuperandam confe rat.

ACIDVLA IN DITIONE VLMENSI.

Acidula in Vberkyngen

Prope oppidum **Geißlingen** ad ra dicem, per canales ad uicum **Vber kyngen** deducitur, iam dictis prope modum similis, nisi quod balneæ illa rũ ex dulci magis quàm medicata, aut

acida

acida aqua parentur. Crassa homi-
num ingenia id non deprehendunt.

ACIDVLA APVD ROTEM-burgum.

Nobilis quoq; fons acidus in uallè prope Rotemburgũ ad Nicerum fluuiũ, iuxta uicum Nideraw/ cum sonitu quodam, ueluti aqua feruens ebullit, ferro & sulfure copiosiore quàm Goppingensis, nec non etiam chalcantho infectus: aliâs illi ferè similis. Hic magis ad potum accommodatus est, limpidus & clarus. Nõ longè hinc duæ aliæ acidulæ scaturiunt, alueis inclusę, quibus ad balneas tantùm utuntur. Quamuis autem hæ duæ superiori minus sint acres, tamen omnes nuper commemoratas superãt, eò quòd efficaciùs uires suas in morbis antea recitatis ostendant, & humores penitus insidentes magis exiccent.

Acidula in Nideraw.

ACIDV-

ACIDVLA IVXTA OPPIdum Caluenſe.

Acidula in Deinach.

In ſylua Harcinia, ſiue Martiana, mille paſſus ab oppido Caluẽſi quod uulgo **Kalw** dicitur, inter duos excelſos montes in uico **Deinach** duo fontes acidi profluunt, quorum unus ad ripam propiùs ſitus, acore ſuo magis gratus eſt bibentibus, ſicut ipſe guſtu deprehendi. alter paulò ſuperior ad balneas accommodatur. Vterq; ferro, ære & chalcantho infectus eſt. Potus uiſcerum obſtructiones aperit: uentriculum corroborat: ſitim reſtinguit: antiquis febribus, & morbo regio auxiliatur. In balneis externa cutis uicia, ſcabiem, impetiginem, ulcera q; ſanat.

ACIDVLA APVD Rhetos.

Acidula apud Rhetos.

In Rheticonis montis medio, ſuper uillam fœderim, acidula alumnis, æris, & modici ſulfuris particeps, è puteo hauritur, admodum

dum clara, potu gratissima, ut uinum acerbiusculū dilutum repræsentet, si ut ipse expertus sum. Ventriculo malè concoquenti, sanguinis sputo, febribus inueteratis, articulorum doloribus, mensibus immoderatis, & calidis biliosisq; affectibus pota conuenit. In balneis, ad eadem propemodū uicia prodest. Spuma, quæ ex coctione ipsius prouenit, exiccata, redactaq; in puluerem, ulceribus, si inspergatur, salutaris est.

Spuma excicata ulceribus inspersa salutaris.

ACIDVLA IN VICO Antegast.

In aditu syluæ Hircyniæ, prope oppidulum Opponacum, ad uicum Antegast/ acidula ex alumine, sulfure, ac modico chalcantho imbuta est. Pota cerebrū, renes, reliquasq; corporis partes superfluis humoribus per urinam, aluū, & alios meatus ex purgat, quamuis uentriculo non in omnibus adeò ut cæteræ prosit: tamen superfluis humoribus languidum confirmat. In balneis cutis uicia, scabiem, impetiginem, peculiariter ulcera inueterata sanat: nec non

Acidula in Antegast.

ruptis & contusis auxiliatur, ut experientia didicimus.

ACIDVLA ALSATIAE IN Geberſzweyler.

Acidula in Geberſzweyler.

Hæc alumine, nitro & ferro infecta est. Ventriculi, lienisq; imbecillitati, & quartana laborantibus potu succurrit. In balneis ad ulcera sordida, & alia cutis uicia efficax est.

ACIDVLAE IN DITIONE CYnotorum uulgo Hundsruck.

Duo etiã fontes acidi in ditione quæ Illustrissimis Palatinis comitibus subest, **Hundsruck** uulgo dicta, reperiuntur, unus ad primũ lapidẽ ab arce **Byrckenfeld**/ in sylua **Eberßwald**/ alter iuxta **Leũningen**/ in agro non longè ab oppido, **Symmern**/ ambo ferro, ære, et chalcantho infecti. secundus autem amplior est, & magis acris percipitur. Ventriculo æstuanti, iecoris intemperaturæ calidæ, lienis obstructioni, & renum calculis utiles sunt. In balneis ad omnes cutis affectus, cùm ulcera, tum scabiem rectè adhiberi possent, si medicis, & ægris essent cogniti.

Acidula in Byrckenfeld.

Acidula in Leũningen.

ACI=

ACIDVLAE MOSEL= lanæ.

Tres aciduleę prope ciuitatẽ Treueri= cam extant: prima iuxta cœnobium S. Matthiæ ochra imbuta & ferro: in potũ ab accolis adhibetur: uentriculũ humo- ribus ſuperfluis obnoxium reficit, appe tentiamq́ excitat. In balneis tumores externos quacunq́ in parte diſcutit: nec nõ ſcabiem, & alia cutis uicia. Altera in monte excelſo apud uicũ **Lonquich**/ chalcanthi & ferri particeps, limpida, & clara, magis quã ſuperior. Tertia in uico **Mererßdorff**/ ſecundæ ſimilis, eoq́ omnes in potu et balneis ad omnia ſuperiùs commemorata uicia & mor= bos ſunt efficaces.

Acidulæ prope Treuiros.

Acidula in Lonquich.

Acidula in Merteſz- dorff.

ACIDVLA IN VALLE Bellerthal.

Nõ longè á clariſsima arce **Leyen**/ acidus fons ſcaturit, ex ferro, chalcan- tho & modico ſulfure: ad uentriculi im- becillitatẽ, iecoris, renumq́ affectus po= tu ſalubris. In balneis articulos corrobo rat: colicos & hydropicos iuuat.

Acidula in Bellerthal.

ATENEO VENETO VENEZIA

ACIDVLAE IVXTA CASTRVM Lobern.

Acidulæ iuxta Lobern.

Duæ in deſcenſu caſtri, non longè à Moſella ſcaturiunt. prima uulgo **Oberborn**/ altera **Vnderborn**/ uel **Judenborn** dicitur, eiuſdem ferè facultatis, ferro, ære, & modico chalcanthio imbutæ. Viſcera nutritoria firmant: appetentiam excitant: lienem, renesq; aperiunt: calculos tollunt. In balneis ulcera inueterata ſanant: cutis ſcabiem, & impetiginem diſcutiunt.

ACIDVLA VLTRA MOSELAM *ad oppidulum* Wymmingen.

Acidula in Conderthal.

In ualle quæ **Conderthal** uocatur, fons acidus emanat, alumine, nitro, & ſulfure infectus, nec non modici etiam chalcanthi compos, ſaporem nō ingratum incolis, & uicinis agri cultoribus præbet. Ad pituitam ex uentre expurgandam potus ualet, & ſtomachum corroborat. In balneis neruos emollit ex craſſa pituita induratos; ſerpentia cutis uitia ſanat.

ACI-

ACIDVLA IN Bassenheim.

Hæc in pratis iuxta riuulum, propè arcem nobilissimi uiri Antonij **Waldbot**/ aluminis, nitri, & sulfuris participat. Potu uiscosos & crassos humores uentriculi consumit, obstructiones uiscerũ aperit, lienis, uteriq; tumores dissipat. In balneis omnẽ scabiem, lepram & impetiginem curat. *Acidula in Bassenheim.*

ACIDVLA IN VICO Kerlich.

Ex alumine & ferro modico infecta est. Ventriculum, & alia nutritionis membra pota corroborat: lienem ex tenuat, sanguinem profluentem prohibet. *Acidula in Kerlich.*

ACIDVLA IVXTA VICVM Mendich.

Nobilissimus hic fons in pratis prope uicum **Mendich** prorumpit cum strepitu quodam ebullientis aquæ in lebete instar, unde illis etiam **Kesselbron** dicitur, ex ferro, chalcantho & ære imbutus: sapore gratissimus: calorem & *Acidula in Mendich.*

ſitim expertos recreat: uentriculo imbe-
cilli ualde eſt utilis: cibi appetentiam fa-
cit: iecoris intemperiem calidam refri-
gerat: lienis & renum obſtructiones re-
cludit: bilem purgat: febres inuereratas
diſcutit: calculoſis prodeſt. In balneis ad
idem efficax eſt, articulos & neruos cor
roborat: ulcera inueterata, ſcabiem, le-
pram, & alia cutis uicia diſſipat.

ACIDVLA Pônterborn *dicta.*

Aciduld Pônterborn,

Hęc ad primum lapidem ab oppido Antoniaco, quod hodie Andernacũ uo-
cãt, diſtat, magno fragore, tantoq; ſoni-
tu exiliens, ut ad paſſus aliquot exaudia
tur, & licet ualde frigida ſit, feruentis ta-
men inſtar ebullit, & intumeſcit, unde e-
tiam inſana dici poſsit, ferri, aluminis, et
chalcanti materia imbutus: longè gratiſ-
ſima agricolis, ut quos ætate & labori-
bus defatigatos, nec non calore ac ſiti af
fectos mirum in modũ recreet. Magnus
in medicina uſus eius, ſicut ex ſuperio-
ribus eſſe poſsit, ſi medici quantum ad
morbos curandos ualeat, intelligerent.
Nã intemperiẽ iecoris et lienis renumq;
cali-

calidam & obstructiones discutit: bilio-
sos humores purgat: febres antiquas sol
uit: uentriculum infirmũ, & cibos fasti-
dientẽ reficit: aquam inter cutem sanat:
uterum relaxatũ confirmat. Vidi etiam
extrinsecus frigidã membris impetigi-
nosis, scabiosisq; adhibitam profuisse.

ACIDVLA Heylborn dicta.

Non longè ab hac Rhenum uersus, *Acidula*
alius fons excellẽtissimus in ualle, mon *Heylborn*
tibus undiq; circunditus, scaturit, quem
quòd ægris salutaris sit, uulgo Heylborn
appellant. Veteres autẽ indubiè Halborn/
rectiùs uocarũt, quasi salis fontem. nam
huius potissimum, deinde etiam modici
sulfuris & ferri particeps est, id quod gu
stu deprehendi potest. Hic fons nihil im
puri, aut sordidi, ueluti puluerem, aut si-
mile quippiam, si iniiciatur, sustinet: sed
statim rursus ebullitiẽdo eiicit. Quinetiã,
si uino in calice superfundatur, strepitũ
quendam cum leui quadam spuma eli-
dit, quasi cũ uino certans, quod in aliis
plærisq; acidulis uino mixtis fieri non
solet, fumosum quid naribus obiicit,
tentátque cerebrum. Incolæ & uicini

eius regionis in qua hic fons profluit, quotidiani potus loco utuntur. Cæterũ ualet ad obstructiones iecoris, lienis, & renum: febres tertianas et quartanas inueteratas sanat potus ; uentrem & primas uenas purgat ; urinam promouet: malum habitum, & aquam inter cutem discutit : uterum pituitosis humoribus liberat, & menses prouocat. Extrinsecus ad lauationem accommodatus, tumori laxo, coxendicum, & pedum dolori conuenit: cutis uicia, scabiem, leprã, & impetiginem dissipat.

ACIDVLA Tyllerbeyn dicta.

Acidula Tyllerbeyn.

Non procul hinc alius fons acidus iuxta cœbonium diuo Antonio dicatum, inter saxeos montes, unde illud uulgo Antonius **Steyn** uocatum est, emanat, sale, chalcantho, & ferro infectus: gustu gratissimus, & superiori ferè similis, idem etiam puluerem, aut alias sordes iniectas reuomit, redditq;. Obstructiones uiscerum aperit: renum, & uesicæ calculos expellit : malum habitum

tum emendat: aquarum ſubter cutem iuuat: defluxiones humorũ in pectus, ſtomachũ, aliasq; partes conſumit. Si ad balneas accommodetur, omnes tumores laxos, podagram ex pituita diſcutit, & febres ſanat.

ACIDVLAE AD RIPAM Broyl.

Aliquot paſſus à iam dicta, acidulæ cõplures, ſed quatuor celebriores iuxta ripam **Broyl**/ unde caſtrũ nobiliſsimi & præclari uiri, Gulielmi à **Braunſberg** nomen accepit, extant. Prima è media rupe profluens, incolis **Falborn** dicitur. altera **Hickenklick**/ in pratis exiliens: utraq; ferri, aluminis, & nitri particeps, potu non ingrata. Incidit, abſtergit, purgat: uiſcerum obſtructiones aperit: ſtomachum, & lienem infirmum corroborat: intemperiem caſidam ſimplicem immutat, & cum ea humores expurgat: cerebri humores profluentes in partes ſubiectas ſiſtit exſiccatq;. Reliquæ duæ, quarum prior in ipſo uico **Broyl**/ unde uulgus **Broyl**-

Acidula Falborn.

Acidula Hickenklick.

Acidula Broyſſer-born.

lerborn appellat. altera huic uicina, ex rupe cum ſonitu erumpit, unde Bro-
Acidula Brocher. cherborn dicta, ambæ ferro, alumine & modico nitro imbutæ ſunt. Stomachum firmant, lienem extenuant, intem periemq; calidam iecoris, & renũ potu corrigunt: febribus conferunt: defluxiones in tonſillas, aures & pectus ſiſtunt: ſanguinis fluorẽ, & immoderatos menſes compeſcunt: uterum relaxatum confirmant. In balneis articulos reſolutos corroborant: uterum humoris copia infœcundum emendant, cutisq; uicia corrigunt.

ACIDVLA Reſſelborn dicta.

Acidula Reſſelborn. Ad læuam ripæ Broyl/ in pratis paſſus aliquot à ſuperioribus diſtat fons acidus limpidiſsimus, qui cũ illi in Mendich/ copia & ſcaturigine aquæ reſpondent, Reſſelborn/ etiam uocatur: eiuſdem propemodum rebus foſſilibus infectus, & ad ſimiles affectus utilis: potu etiam gratiſsimus.

ACIDVLAE IN VICIS Ciſſen.

Non procul ab arce **Olbruck**/ nobiliſsimi uiri Ioannis **Waldbott**/ duo extant fontes acidi: unus in ſuperiori, alter in inferiore uico **Ciſſen**/ uterq; in frequenti uſu ad quotidianum potum agricolis: ex ferro, ſulfure, et modico nitro, alijs ſuprà enumeratis efficacia ſimilis. His annumerari poſſunt etiam aliæ duæ in uico **Wehr**/ & iuxta molam uulgo **Wolmülh**/ dictam profluentes. *Acidulæ in Ciſſen.* *Acidulæ in Wehr.*

ACIDVLAE AD RIPAM Ahr.

Tres emanant fontes acidi ad ripam **Ahr**/ ex quibus unus prope oppidum Aruillam: alter ad radicem montis, in quo arx **Landskron** ſita eſt: tertius iuxta oppidulum **Synzig**/ omnes ferrati & ſulfurei. Poti ſtomacho cõferunt: in balneis reſolutioni articulorum, ileoſo, colicoq; dolori utiles. *Acidulæ ad ripam Ahr.*

ACIDVLA IVXTA CASTRVM Buretzheym.

Acidula iuxta Buretzheim.

Hæc ferre, sulfuris, nitriq; particeps est. In balneis neruos ex pituita induratos emollit: articulorum tumoribus prodest, & cutis uicia emendat.

ACIDVLAE APVD *Tarbellios.*

Complures extant in Tarbelliorum ditione, quam Eyffaliam uocant, acidulæ, inter quas tres mihi notiores sunt, quæ in uico **Daun** profluunt, diuersa mistura fossilium imbutę. Prima uulgo **Lentzigsbrun** appellatur, alijs potu gratior, aluminis, nitri & ferri compos. Stomachum uicijosis humoribus euacuat, roboratq;: lienem extenuat, sanguinem fluentem sistit. Altera **Hotzersbrun** dicitur, ferrea, aluminata, & sulfurea. Sanguinis excretionem quacunq; in parte ex potu sistit: uentris profluuia prohibet, nutritionis uiscera corroborat. In balneis articulos, neruos, aliaq; membra resoluta iuuat: uterum ex humore nimio imbecillum firmat. Tertia

Acidulæ in Daun.

Lentzigsbrun.

Hotzerbrun.

Dauners

Daunerbecher nuncupatur, turbida, minusq; acida superioribus est, eoq; nō ita, ut alijs ad potum utūtur: quanquam brutis malè affectis bibendā exhibeant. ex ferro & sulfure infectam. In balneis articulorum uicijs, ileo, ramici, colicoq; dolori conferre potest. Daunerbecher.

ACIDVLAE IN SYLVA ARDVenna, præsertim iuxta uicum Spah.

Multi etiam fontes acidi in sylua Arduenna, ex copioso ferro, quo illa passim scatet, sicut etiam Eyffalia, & sulfure infecti celebrantur. Inter cæteros autem unus in uico **Spah** insignis reperitur, ferri saporem repræsentans. Nam linguam quàm primùm astringit, & meatus eius densat: statim autem dulcescit, & si diu in ore contineatur, malum quendam odorem oleagineum, & graues fumos ex sulfure naribus obijcit. Si aqua huius fontis diutius in uase reseruetur, terra rubra, quæ mater ferri est, ad fundum apparet: in superficie filamenta quædam sulfurea, aut oleaginea, telæ *Acidula in Spah.*

araneæ

araneæ instar uarij coloris, ex uirídi flauescentis extant. Canales & emissaria, per quæ aqua ísta manat, rubro colore ac ruffo tincta sunt, sicut etiam in alijs símilibus uidere licet. Optime ualet ad intemperiem calidam & sitim restinguendam: postea autem calefacit, sed hos magis, illos minus: egregiè autem deficcat. Qui incautiùs eam bibunt & immoderatiùs, in febrem continuam incidunt. Aliâs confert hydropicis, morbo regio, inueteratis febribus, iecoris & lienis obstructionibus: aluum soluit: urinam prouocat: sudores mouet, si iusta mensura assumatur: purgat etiam humorem melancholicum, præsertim in primis uenis.

ACIDVLAE VLTRA Rhenum.

Acidulæ iuxta Domum nouam.

In Ducatu Engers Vuestphaliæ, fons acidus iuxta Domũ nouam extat, ferri & aluminis particeps, ad eadẽ ferè, quæ superiores possunt, efficax.

FONS ACIDVS IN COMITATV Spiegelberg.

Aqua huius fontis ochra præcipuè infecta

infecta est, quod acrimonia eius testatur, eóque acris ille potius, quàm acidus dici meretur. hinc potio istius aquæ periculosa est: nam rodit interanea, præsertim corporum tenerorum, gracilium & adulescentum. Medici quidam proximis annis adeò fontem hunc commendarunt, ut incredilis ex uarijs regionibus Germaniæ, hominum multitudo, ad illum sanitatis recuperandæ gratia confluxerit. Nam omnium morborum, tum qui ex parentibus, quasi hęreditariò originem traxerant, tum qui ex mala uictus ratione & alijs casibus prouenerant, curationem promittebant, quam tamẽ (pace illorum dixerim) nulla medicina, quamuis efficax, in terris præstare, sed solus Deus, & Dominus noster Iesus Christus largiri potest. non hæc refero ut fonti huic uires eximias derogare uelim. Nam tumores contra naturam quacunq; in parte corporis affligant, discutit: œdemata, podagram, & chiragrã, ex pituita contractã, tophosq; articulorũ cõminuit: mẽbra fluxionibus opportuna, torpida, resolutaq; restituit; impeti-

Acidula in comitatu Spiegelberg.

Impostores plura promittunt quàm præstare possunt.

impetiginẽ, ſcabiem; lepram emendat: uiſus hebetudinem et craſsis, & pinguibus humoribus diſsipat: oculis admota excreſcentem carnem reprimit: ulcera caua, uetuſq; carne replet: aut per ſe, aut cerà addita. Quia uerò potui non eſt idonea, ad balneas potius accommodari debet.

ACIDVLA IVXTA OPPIDVM *Montebaur.*

Acidula iuxta Montebaur.

In finibus ſyluæ **Weſterwald**/ ad oppidum **Montebaur**/ ditionis Treuericæ, in imo loco profluit, ferro, ſulfure & alumine infecta: ciuibus & accolis ad potum gratiſsima: aliâs uentriculo, inteſtinis, iecori, & lieni utilis. In balneis etiam ad cutis uicia ſicut aliæ prodeſt.

ACIDVLA IN VALLE VICI *Müllhen dicti.*

Acidula apud cõfluentiam.

Præclarus etiam fons acidus, ultrà Rhenum non procul à Confluentia. Treuerici Electoris oppido ſcaturit, ſuperiori ferè ſimilis, quo incolę, & proximi Con-

mi Confluentiæ ciues fictilia plena in potum adferri curant, in medico usu nondum adhuc satis celebratus, propter medicorum raritatem,& ignorationem. Sunt alij quoq; in ea regione fontes, sed minus usitati, qui easdem propemodũ facultates obtinent, quas nuper commemoraui.

ACIDVLAE PROPE Niderlanstein & balneas Embsenses.

Duæ celebres ad ripam Lan scaturiunt. una prope Niderlanstein nitri, sulfuris,& chalcanthi modici particeps. altera proximè ipsas balneas Embsenses, minus aliquantò quàm aliæ acidulæ frigida, sale copioso, alumine,& chalcantho infecta. In potu, humores pituitosos crassosq; expurgat: viscerum obstructiones aperit: calculos comminuit. In balneis cutis affectus, scabiem, lepram, & impetiginem tollit.

Acidula iuxta Niderlanstein.

Acidulæ prope Brubacy.

ACIDVLAE PROPE OPPIDVM Brubach.

Duæ in Cattorum Principis ditione ad Rhenum, iuxta oppidum **Brubach** reperiuntur. Prima uicinior oppido **Eckelbron** dicta: altera paulò superiùs in valle **Dunckelbron** uocata, magis potu grata. Hac uicini citra & ultra Rhenum ad potum quotidianum utuntur, hesternam crapulam ea discutientes. Vtraq; ferro, modico chalcantho, & nitro imbuta est. stomacho, iecori, & renibus calore æstuantibus accommodatæ. In balneis etiam cutis uicia & ulcera sanant.

Acidula in ualle Saurenthal.

ACIDVLA IN VALLE Saurenthal.

E regione oppidi **Bacharach** fons acidus in ualle, quæ inde uulgo **Saurenthal** uocatur exilit, ferro, alumine, & nitro infectus. Potus uentriculum corroborat, aliaq; uiscera nutritioni dicata. In balneis articulos imbecillos reficit, & tumores laxos sanat.

ACIDVLA IVXTA OPPIDVM Kronenberg.

Hæc ferro, nitro & ochra constat, omnium uiscerum obstructiones aperit: appetentiam cibi excitat: renum & uesicæ calculos abigit. In balneis externa corporis uicia sanat. *Acidula iuxta Kronēberg.*

ACIDVLAE IN COMITATV HAnoensi, & finibus regionis Cattorum.

Quinq; fontes acidi excellentes in Comitatu Hanoënsi, & finibus regionis Cattorum erumpunt. Primus in pratis amplis, tāquam bulliens, iuxta **Carben.** alter passus aliquot hinc distat inter **Burggrauen Radt & Ocarben.** tertius quinquaginta passus inde inter superiorem uicum **Woilnstadt & Roißbach**, quartus huic uicinus iuxta **Schwalheym.** quintus prope uicum **Niedt** in sylua, quem **Faulbron** apppellant, limpidissimus. Quatuor ex eis ære, ferro & sale constant, ad potum ab incolis adferuntur, quanquam etiam ualde *Acidula iuxta Carben.* *Acidula inter Burggrauen Radt vnnd Ocarben.* *Acidula supra Roissbach/* *Alidula iuxta Schwalheim.* *Acidula prope Niedt.*

salubres sint uentriculo & uiscerum obstructionibus, pituitosísque affectibus, siue potu, siue balneis utiles. Quintus ex copioso sale nitri, alumine, & chalcantho mixtis: potu omniũ gratissimus, & plærisq; ægris salutaris. unde etiam uulgo dicitur, si quis moriturus præsens ex eo bibat, illum seri lactis modo turbidum fieri.

ACIDVLA IN DVCATV *Franciæ orientalis.*

Acidula in Kissingen.

Ex sale copioso, alumine, & modico chalcanto constat, prope vicum Kißingen scaturiens. Pota cerebrum et uentriculum corroborat: capitis defluxiones sistit: ventrem soluit: spirandi difficultatem tollit: calculos expellit: album mulierum fluorem discutit: fœcunditatem parit. in balneis podagram sanat: neruos emollit ex pituita induratos: omnia cutis uicia corrigit. Huic illa respondet quæ in Diocæsi Treuerica reperitur, non longè ab oppido *Meyen*/ ad terrium lapidem ab Andernaco, accolis *Sultzbron* dicta, qui

Acidula prope Meyen.

qui etiam ab ijſdem ad potum quotidianum expetitur. M. Acidularum origines, vires & uſum recenſuiſti, quid de ſalſis iudicas? ſuntne etiam magna ex parte uarijs terræ foſſilibus ut illæ, mixtæ, an ſimplicibus tantùm imbutæ reperiantur?

DE FONTIBVS SALſularum.

G. Certè rarò ex unico ſale conſtant, ſed alijs quoque rebus infectæ ſunt, ut alumine, ſulfure, ochra, quæ ipſis interdum pallidum, aut luteum, aut cinereum colorem inducunt. M. Quibus morbis ſalſulæ compoſitæ, in quibus tamẽ ſal exuperat, conferre ſolent? G. Potæ quidem aluum mouent, ſed minus quàm illæ: pituitoſos & craſſos humores ducũt: obſtructiones uiſcerum expediunt: ſanguinem concretum in corpore incidunt, pectoris q; anguſtiam dilatant. Si multùm ſal excellit, pituita conſumpta, uentriculum lædunt: inteſtina rodunt, exulceran; q;: quæ ſanguinẽ ſalſedine ſua

Salſulæ compoſitæ quibus morbis conferant.

inficiunt, pruritum & ſcabiẽ excitant. Minus ſalſæ, eadem quidem, ſed tardiùs efficiunt: uentriculum & inteſtina non adeò offendunt, ut etiam confirment, ſi imbecillis ſit, nec totius corporis ualetudinem omnino perturbent. Tepidæ per anum infuſæ, pituitam extenuant: calidæ tormina leniunt. Porrò ad balneas exhibitæ, malum corporis habitum ex pituita conſtractum corrigunt: neruorum uicijs, pectori deſtillationibus obnoxio, uentriculo frigido & humido proſunt, ſcabiem ex pituita ortam ſanant, & ſi nulla eſt, excitant, quam poſtea etiam diſcutiunt. ſic podagricorum, & paralyticorum fluxus diſſipant: omnem aquæ inter cutem ſpeciem per initia ſanant: neruos, arteriaſq; ex humorum influxu imbecilles & languidos corroborant: crurum ulcera maligna, aliáque uicia ex morbo Gallico futura arcent. Auribus infuſæ tumores tam eos qui ex morbis remanſerunt, quàm ex pituita ortos diſſoluunt: Liuida ad meliorem colorem reducunt. Vapor

talium

talium aquarum feruentium capitis grauitatem & aurium dolores corrí= gunt. M. Vbinam salsulæ celebres in ueniuntur. G. Plurimæ in Germania, ex quibus oppida quædã insignia no= men græcũ sortita sunt, ut Hala Her= mundurorum ad Salã fluuium; Hala Sueuiæ ad Cocharũ: Hala Rhetiæ su= perioris ad Oenum: Halstadiũ in supe riore Styria: Reychenhala inter Sal= zam & Alzam fluuios, ad decimũ la= pidem à Iuuanio siue Salsburgo. Quædam alia oppida uocabulũ Ger= manicum à latino factum acceperũt, ut Saltzburg in agro Norico: Salt= burg in agro Mediomatricorum. M. In quibus alijs regionibus Germaniæ salsi fontes reperiuntur? G. In Saxo= nia non pauci, ut Luneburgi cæteris nobiliores: nec non sub deserto monte ad oppidum Wynder: item Staphur= di ad Bodam fluuium. In Thuringia in oppido Franck, & prope pagum Aulebium, inter Kelbron & Herin= gum oppida unus existit, qui ex mon= te effluit. in Cattorum regione ad

verram Aldendorffij,& in Trebochijs ad quartum lapidem à Fulda. In comitatu Hanoënsi duo fontes salsi celebrantur: unus in pago Nawheim: alter in uico Orba, in quibus etiam sal excoquitur,& iuxta hũc quoq; acidula potu grata effluit. Ad Rhenum autem iuxta oppidum Boppardiam fons salsus in uico, quem inde Salzingen appellant, extat. Vltra Rhenum alius in sylua prope oppidum Brubach manat. Alius etiam non longè à Biponto Illustrissimi Principis Vuolffgangi Palatini &c. oppido scaturit. At fontes hactenus commemorati magna ex parte, puteorum in modum sunt incluſi, ut semper aquarum copiam suppeditare possint: aut reuera sunt putei, atq; ex eorum omnium aquis sal excoquitur. quales etiã in Lotharingiæ oppido Does, & Mediomatricorum agro tres mihi sunt cogniti, ex quibus magna salis copia excoquit. Hos omnes puteos, salsas, & uulgo Sulzas appellant, sicut etiam in Brisgoia oppidum Sulzberg pro

Salz-

Saltzberg. M. Inueniunturné etiam salsi fontes natura calidi? G. In Germania nullos extare puto, nec in Italia. In Sicilia uerò Selinuntias salsulas, & Pęgazæas, in agroq; Methones Træzeniorum oppidi calere audio: quas cùm habere non possimus, nostris igne calefactis contenti simus. M. Sempernè singulæ aquæ medicatæ qualescunq; uires suas & effectus in morbis curandis solæ exercere possunt? an interdum etiam alijs medicinis admistis indigent? G. Quemadmodum herbæ eximijs præditæ uirtutibus, non semper eas in quibuslibet uicijs efficaces ostendunt, ita quoque aquæ medicatæ siue in potu, siue in balneis in illis morbis, quibus alsas peculiariter dicatæ sunt, sæpe opem recusant, aut certè aliarum medicinarum admistiram, ceu subsidium requirunt, ut perfectam curationem absoluant. M. Id libenter audiam, quomodo balneæ efficaciores quàm natura esse solent, fieri queant. G. Breuiter edocebo. Propone tibi mor-

Salsuli calidi ubi.

Aquæ medicatæ interdum aliarum rerũ auxilijs indigent.

Balneæ quomodo efficaciores esse possint.

bum aliquem, si uoles, podagricum, eiq; curando balneas uel Fauorinas, uel Badenses, uel alias præscribe. quia uerò expectationi nostræ non respondere interdum solent, in hunc modũ uires illarum augebis.

QVIBVS BALNEARVM VIres augeri possint in podagricis curandis.

Incrementa balnearum.

Aquę medicatæ, in qua lauandum, solio pleno, aquæ chalcanthi libra, salis fossicij selibra, admiscentur. In his ægrum ad nonum usque diem insidere sinito: sed certis quotidie horis. Postea renouetur balneum hac ratione: Aquæ illius foliorum ueratri nigri, foliorum sennæ, singulorum libra, fabarum, lentium singulorum libræ quatuor, more solito incoquantur. In decocto hoc podagra lauando curatur. Singulis septimanis corpus medicamento podagricis idoneo expurgare oportet. M. Quibus auges in paralyticis?

IN PARALYTICIS

G. In aqua balnearum decoquan-

tur

tur flammulæ, erucæ rubeæ singulo-
rum manipuli septem. Aeger in ea ad
dimidium lauationis tempus usq; insi-
deat, tot quotidie horis, quot ille ferre
poterit: deinde trien̄s petrolei, & olei
philosophorum semuncia, aquæ bal-
nearum libræ incoquantur in fictili
aperto: postea hæc in spongias mari-
nas fundãtur, ita ut aqua ab eis exhau
riatur: tandem illæ solio indantur &
æger in eo lauet.

IN CONTRACTIS.

Serpentinæ longæ, manipuli duo:
agrimonij, chamœpyteos, singulorũ
manipuli tres: macerentur in aqua bal
nearum diem integrum & noctem.
Tertio æger calfactæ insideat per to-
tum curationis spacium, licet etiam
balneum renouare pro ægritudinis ra
tione.

IN MENSTRVIS PROVO-
candis.

Mulieres sola aqua medicata in bal
neo ad menses ciendos utentur. Po-

tui

tui autem ſument hanc miſturam: Succi meliſſæ, pulegij, arthemiſiæ, ſingulorum æqualẽ menſuram, quadruplo maiorem aquæ medicatæ, atque ſic per totum lauationis curriculum, & lauabunt, & bibent. Ne autem ui res interea infirmentur, bona uictus ratione cauendum eſt.

IN LEPRA.

Solium hoc modo parari debet. Aquæ medicatæ indatur ſuccus ex decem manipulis flammulæ, quinq; ungulæ caballinæ, eadem aqua extractus, mixtis æger inſidebit, & multum pituitæ, ſordiumq; elicietur. Quòd ſi balneum odorem tœdum habere cœperit, renouetur: & ſi efficax eſſe deſierit, æger in pura aqua medicata ad lauationis finem uſq; continuabit.

IN SINIBVS ET VLceribus.

Vlcera lauentur in aqua balnei, cui admiſta

admista sit alia, quæ ex alumine, culi-
cula, & serpentina paratur, sed eius
duodecima tantùm portio prioris e-
rit. Totum corpus ei non insidebit,
sed pro ulcerum ratione purgandum
erit. M. Quam accessionem reliquis
balnearum aquis fieri consulis in ulce
ribus? G. Theophrastus in Castien-
sibus aquis, quantum ad solium requi
ritur, addendum censet aquæ alu-
minis, aluminis recentis, & candidis-
simi utriusq; libras duas, succi consoli
dæ libram. atque ea ratione, qua alijs
utendum. Ad contractiones mem-
brorum, olei exanetho, liliorum utri-
usque trientem: aquæ aluminis seli-
bram. incoquantur donec illud albe-
scat: deinde in solium transfundatur,
& in eo æger pro uirium ratione la-
uet. Ad calculorum autem materiam
è renibus & uesica expellendam, aquę
balnearum incoquito radicum aqui-
legij libram: seminis tanaceti, seli-
bram. atque in his ita commixtis æger
prout morbus ipse requirit, insideat,
lauetq;. M. Cur hæc tantùm de Ca-

stiensi

ſtienſi balneo , & non etiam de alijs præſcribit Theophraſtus? G. Quòd hoc illi magis cognitum fuerit. Ego uerò etiam in alijs ei ſimilibus, preſertim quæ calculoſis proſunt, miſturas iſtas non reiecerim. In abſceſſibus internis, Caſtienſibus aquis non ſine ratione abſtinendum iudicat. M. Quid agendum putas ſi aquæ illę medicatæ & balneæ commodè haberi neque ant? G. Cùm ipſæ non ſolùm rebus terrę foſſilibus, per quas continuè fluunt, imbuantur, ſed etiam, ut plumbum, ferrum, æs aliaq; id genus creſcant, ita quoque ſimilia fieri poſſunt, quæ ſuccis chalcanthi, & aluminis reſpondent. Quia igitur eiuſmodi balneæ uires ac facultates ſuas ex rebus terrę foſſilibus ac metallicis obtinent, non à ratione alienum eſt, tales artificio parare: quę ſi non in totum naturalibus efficacia reſpondere, ſaltem aliqua ex parte illas repręſentare poſſunt. M. Exempla aliquot talium balnearum recenſeas.

In medicatarum aquarum penuria, facti eijs utendum.

BALNAE

BALNAE FACTICIAE.

G. Vbi materiam in morbis magna ex parte per ſudores, & meatus euacuatam, cutemq; ſatis abſterſam deprehenderis, commodè illam aſtringentibus, ſiccãtibusq; corroboramus in hunc modum: Foliorum myrti, lentiſci, plantaginis, uerbaſci, piloſellæ, equiſeti, polygonĩ, ſingulorum manipulus unus: hordei integri, fabarum integrarum, ſingulorum libra una: myrtorum, roſarum, utriuſq; pugilli tres: radicis iridis, biſtortæ, pentaphylli, ſingulorum uncię duę. Hęc in aqua copioſa coquantur, inde in ea reſoluantur ſalis communis libræ tres, aluminis uncia una. Hoc balneo repido corpus per ſpongias nouas diligenter abſtergatur; interdum ex lixiuio etiã, niſi acre nimium fuerit.

Balneum ſiccans & corroborans.

BALNEVM FACTICIVM *ad podagram.*

Sulfuris libra: aluminis ſe libra: ligni guaiaci libræ duæ; radicis helenĩ, gentias

gentianæ utriuſq; ſelibra. Coquantur in aqua balnei quanta ſatis erit: deinde ſaluiæ, betonicæ, chamæpyteos, pulegij, maioranæ, roriſmarini ſingulorum faſciculi quatuor, qui manu comprehendi poſſunt. Sacculo excæpta indantur lebeti. Aeger lauacro inſideat quotidie ad horam unam, manè & ueſperi. Singulis tribus diebus lauacrum renouetur.

ALIVD DISCVTIENS.

Aquæ fontanæ, aut fluuiali, quanta ad balneum ſatis eſt, ſal, aut nitrũ, aut ſulfur, aut alumen incoquatur, & ægri in ea manè & ueſperi ante cibum reſideant. Vel marinę calfactæ, melle mixto: uel aquæ per cinerem fici uitisq; percolatæ, cui herba pediculariſ, aut baccæ iuniperi incoctæ ſint. Eiuſmodi facticia balnea tumores totius corporis, uel membri cuiuſdam, ut abdominis, teſticulorum, & pedum in hydropicis, item ad ulcera abſtergenda, aut uarices illorum diſcutiendos ualent.

AD

AD SCABIEM ET PVSTVLAS gallicas Theophrasti.

Aluminis libræ decem: chalcanthi libra: tartari calcinati selibra: salis fusi libræ tres: misceantur & feruenti aquæ uasi inditæ, in qua lupulus sit decoctus, superinijciantur, sinanturq; inferuere. In hac aqua pustulæ, aut scabies gallicæ lauentur, sicut in alijs balneis solent. Sin autem lues ista ualde corpus infecerit, candentem mercurium instar quadrantis in ea restinguito. Non pauci ex huiusmodi lotione consanescunt, si ex pruriginoso pustularum genere morbus existat. Sin ex cicatricum genere non fuerit, curationis spem aliquam præbet, sed non absoluit. M. Quid si uas non semper in promptu fuerit, ut in peregrinatione accidere solet? G. Facultates istarum rerum in massam redigantur hoc pacto: Aluminis calcinati, aluminis scissilis quod officinæ, plumæ, appellant, singulas uncias: tartari calcinati, chalcanthi colcotharini singulorum trientem: aluminis liquidi, salis nitri, chalcanthi crudi singulas libras: casei

Mulsa ad morbum Gallicum.

redacti in uiſcũ, quantũ omniũ pondere adęquat in maſſam redigito, quę in aëre cornu inſtar indureſcat. Balneo uſurus eam calenti aquę inijciet, & ſtatim aqua uires maſſæ extrahet. Non ſolùm autẽ balnea toti corpori apta, ſed etiam lixiuia capiti, inſeſſus renibus & ano, atq; lotiones pedũ ex foſsilibus, cum aquis & herbis, radicibusq; conficiuntur. M. Formulas eorum deſcribas. G.

LIXIVIVM *ad pediculos.*

Lixiuium ad pediculos.

Inſeſſus quid & quibus utilis.

ἡμικάθισμα. Semicupium.

Lixiuio ex lupinis, abſinthio, perſicaria, pedicularia, nitrum & fel miſceri debent. M. Quid uocas inſeſſum? G. Dimidium ſolium, quod Græci ἡμικάθισμα uocant, cui ægri ad uentriculum uſq; tantummodo inſident, cruribus & brachijs exemptis: uulgo appellant ſemicupium, ſingulariũ quorundam membrorum affectibus accommodatum, præſertim renum, coli, ilei, & aniuicijs, & uulneribus conuulſionem minantibus, ut poſtea pleniùs audies.

INSESSVS *ad anum prolapſum.*

Foliorũ plantaginis manipulus unus:

roſarum

rosarum rubrarũ manipulus dimidius: in qua decoquantur, cui chalybs intincta fuerit.

Insessus ad anum prolapsum.

INSESSVS AD NIMIVM VTERI *fluorem & hæmorrhoidas ani.*

Plantaginis, polygonĩ, equiseti, rubi foliorum, singuli manipuli: rosarum pugilli quatuor: malicorĩ unciæ duæ; radicis symphyti sescuncia: calicum glandiũ uncia. Decoquãtur in aqua pluuiali cui ferrũ, aut chalybs candens sit intincta.

Insessus ad nimium fluorẽ mensium.

PEDVM LOTIO *polychrestos.*

Capiti, pedibus, sanguini, et omnibus neruis salubris: multos morbos alioqui futuros arcet. Foliorum & florum chamœmeli, rosarum rubrarum, betonicæ, origani, saluiæ, rutæ, asari singulorum manipulus unus. Condita sacculo coquantur in lauacro pedũ. ubi uerò iam satis inferbuerint, sextarius nitri, & salis pugillus addatur. Vtitor in septimana semel aut bis, manè aut uesperi ante cibum, uel etiam ante somnum in usum adhibeto. Obseruandum autem, ut qui podagra, aut erysipelate in cruribus laborare solet, ea abstineat, si recidiuã effugere uelit.

Lotio pedum.

AD PODAGRAM.

Lotio pedum ad podagram.

In multis usitata podagricis ualde profuit. Lixiuium ex fagi cineribus paratur, & ter, aut quater colatur: deinde tantum uini admiscetur: aluminis unciæ duæ adduntur: omnia in fictili uitreato coniuncta calefiunt ad ignem, sed ita ut non effernescant, deinde transfunduntur in uas, in quo pedes consistere poterunt: hi autem tam altè lauacro insistent, ut aqua supra talos excedat. Extrahit humidam pituitæ materiam in articulis hærentem, quam deinde linteo puro absterges. Tam calidum autem erit lauacrum, quàm pedes ferre possint, manéq; & uesperi ante cibum adhiberi. Quinetiam cùm malum hoc minatur accessionẽ, & post ipsam utile esse potest, idq; in septimana quater, aut quinquies. Ne deterreat te, si pedes tumidos, rubentesq; fieri conspicias.

Sed de his aliàs plura. nunc aduesperascit, Vale iam ad cœnam uocor.

IOAN.

Ioannis Guinthe RII ANDERNACI MEDICI, DE BALNEIS EX AQVA *dulci*. DIALOGVS TERTIVS.

ATHETES, De balneis aquarum rebus fossilibus infectarum, nec non de ijs, quæ harum penuria substitui possint, satis in præsentia diseruisti. Vnum adhuc ueluti coronidem addas, quales etiam ex aqua dulci, alijsq; humoribus, & quem in usum fieri soleant. GERON. Aqua dulcis pluuialis principem ad has faciendas locum obtinet: hanc sequitur fluuialis, non infecta alumine, aut creta, quam flumina quædam continent, reddunt q; illam uiscosam, & pinguem, ut meatus magis obstruat, quàm pene- *Aquæ dulcis genera.*

tret, reſoluâtque: tertia poſt duas illas cenſetur, quæ ex optimis fontibus petitur: quarta, quæ ex puteo hauritur: poſtrema quæ ex paludibus, & lacubus ſumitur. Atque ex his aquæ ſpeciebus, duo balnearum genera fieri ſolent. Vnum ex aqua ſimplici tantùm per ſe calfacta, alterũ ex herbis, et alijs rebus adiectis. M. Quis primi uſus exiſtit? G. Toti corpori ad ſordes abſtergẽdas: intemperiem corrigendam: dolores mitigandos: laſſitudinem leuandam, & cutis uicia exterenda conducit. Veteres corpora ante balnearũ uſum in ædificijs quibuſdam contiguis pręparare ad ea ſolebant. Primum illud noſtri tepedarium, Græci ἀποδυτήριον uocabant, eò quòd ueſtes in eo temperatè calido exuerent. Secundum calidarium, laconicum, uel ſudatorium. Galenus à ſicco fornice camerato ξηρόβυλον, alij πυριατήριον, uel ὑποκαυσὸν appellant, ut quod ignis ſubiectus, accenſuſq; uapores calidos, & ſiccos, ſudoribus eliciendis idoneos excitet. In hoc ædificio corpora oleo ungebantur, molliebanturq;, ut lauationi

Balnearum duo genera.

Vſus balnearum ex aqua dulci.

Ædificiorum ad balnea factorum ſpecies.

Tepidarium ἀποδυτήριον.

Calidarium. ξηρόβυλον. πυριατήριον. ὑποκαυσὸν.

fierent

fierent aptiora, quæ in ſolio aqua temperata pleno perficiebatur: ex hoc interdum in aliud labrum frigida aqua repletum deſcendebant. Vtrunque ſolium Græci nunc ἐμβαϛίμ, nunc λεξαμένην, nunc πυέλον, barbari tinnam nuncupant. Poſtuſum balnei, ægri ducebantur in domum extergendis ſudoribus dicatam. Apud nos hodie in tepidario quidem ut illi, ueſtimenta exuimus, in calidarij aëre deſudamus, quem uapores uel ſicci ab igne accenſo ſublati, uel humidi ex herbis in uaſe aliquo decoctis, aut aqua ſuper candentes lapides reſperſa pariunt. Hinc quidã illud balneum aërium, aut ſiccum, aut humidũ uocant, barbari ſtufam ſiccam & humidam. Adhæc calidam quoq; in ſolijs lauationẽ exercemus: frigidam non tentamus, niſi fortè in piſcina, aut fluuio natemus. Nec alium locum ſudoribus abſtergendis, quàm tepidiarum, ſiue hypocauſtum habemus. Laconico magis per ſe & frequentius, ad ſordes corporum abſtergendas utimur, & lauatione uoluptatis magis, quàm morborum gratia. Ita fit, ut quò res

Solium ex dã aqua frigida.
ἐμβαϛίς.
λεξαμένη.
πυέλον.
Tinna.
Aedificium quintum abſtergendis ſudoribus dicatum.
Sudatoria hodierna.
Laconici & lauacri quis hodie uſus ſit.

præstantior,eò magis exoleſcere,& con temni ſoleat. M. Quid calidariũ præ-

Laconici ſeu calidarij uſus.

ſtare ſolet? G. Eius aër, ſicut antea indicatum eſt,materias in toto corpore diſperſas,ſiue per ſanitatem,ſiue per morbos,calefacit,fundit,æquat,cutem reſoluit,ſudoresq; mouet, & cum illis excrementa cuti ſubiecta elicit. in ſumma ad lauationẽ ueluti præparatio exiſtit. Eſt autem duplex,ſiccum et humidum. primùm conſiſtit in locis ueluti cameratis teſtudinibus,uel cauernis,proprio igne calidis, uel alijs ædificijs, quæ ab externo igne ſubiecto calefiunt: in Germania hypocauſta ſudatoria,ad id parãtur: quæ morbis pituitoſis,inflationibus,tumoribusq; laxis contra naturam, & podagræ ex frigida materia contractæ,nec non hydropicis proſunt. ſicut clibanus, ſi æger capite tantùm exerto, linteis inuolutus ei imponatur. Humidum autẽ ſudatorium dicitur, in quo aër non ab igne,ſed aquæ uaporibus, qui ibi exhalant,incaluit. Huius facultas,cùm ex aëria eſſentia conſtet, bifariam operatur, nempe & cuti admota, & per inſpira-

Laconicum duplex.

Laconici uires.

Laconicum humidum.

tionem

tionem assumpta. Eius aër facilius quã sicci uires suas corpori insinuat. Præterea humores qui nimium uel sicci, uel crassi, uel lenti, ut pituita uitrea, parti alicui inhærentes, humidiores, tenuiores, & fluxiles magis quám siccum laconicũ efficere potest. Vapor autem, aërq; ab aqua salsa, nitrosa, & sulphurea, etsi non plus æquo siccus, aut humidus fiat, maiorem tamen incidendi, extenuandi abstergendiq; facultatem obtinet, quàm siccum ipsum sudatorium, nõ dico quàm humidum ex aqua dulci. Quinetiam cutis inde magis aperitur, ut excrementa exhalent. Quòd si uerò per se duntaxat absq; lauatione adhibeatur, magis calefacit, extenuat, consumit, & siccat. At mutandus quotidie huius laconici aër, ne corrumpatur, nec non aqua, unde uapor attollitur, munda, pura, limpidáque esse debet, non cœno, non mulierum menstruis infecta, nec ab ijs qui elephantiasi, aut lepra, aut morbo Neapolitano laborant, uiciata. quia cum humores ex uaporibus hisce calefiunt, statim putrescunt, febresq; putridas, aut

Humidum laconicum citra lauationem.

alios affectus ſimiles progenerant. M. Omnibus ne conuenit Laconicum? G. Si æger humidi & frigidi temperamenti fuerit, & uiſcoſis in toto corpore humoribus ſcateat, craſſus, pinguiſq́, & ſi minus quàm par eſt, exerceatur, moderatus eius uſus laudatur, ita tamen, ut uirium ratio habeatur.

Laconicum quibus conueniat.

Immoderatus Laconici uſus quibus obſit potißimum.

Immoderatus autem, ſicut etiam largior miſsio ſanguinis, uires reſoluit, corpus in frigidam intemperiem deducit, natiuum calorem extrahens: atque hinc etiam morbos auget: minus item, frigido & ſicco temperamento præditis utilis eſt. Nam hi ſæpe in extremam ſiccitatem, aut marcorem inde perueniunt. Idem periculum, aut maius imminet ægro, ſi calidus & ſiccus, gracilis, modiciq́ ſanguinis particeps fuerit. Quòd ſi una tantum in parte uitium fuerit, corpore toto uacuo & puro facilior erit curatio. Hoc autem obſeruandum ſudationem in cauernis, quarum ſuprà memini, calidis temperamẽtis omnibus eſſe inſalubrem. In Germania noſta, tepidaria, aut ſudatoria communia

munia talium laconicorũ loco haben-
tur. Licet hic in lauacri aëre, aut hypo-
cauſto cõtiguo aliquam diu immorari,
unde corporis meatus adaperiantur,
antequàm in aquam deſcendatur. M.
Quid ſoliũ dulcis aquę proficere poteſt?
G. Temperatum natura, humidas &
moderatè calidas facultates obtinet, fa-
miliare infantibus & pueris: nam cùm
calori ipſorum reſpondeat, alimenta ad
mẽbra trahit, eaq; craſsiora efficit, et cor
roborat, unde etiã bis illi quotidie laua-
ri ſępe numero debent. non aũt diutius,
q; dum rubere incœperint. Nec non ſe-
nibus, in pluribus ipſorum excremẽtis
diſcutiendis cõfert, quæ aliàs ob uirium
imbecillitatem propellere nequeunt. Et
cum ea ſalſa ſint, dulcedine ſua contem-
perat. Iam mulieribus quoq; ob excre-
mentitios humores ex uſu eſt. Tempe-
rato autẽ homini, non ad ſuperfluos hu
mores reſoluendos, quibus caret, ſed ad
ſordes corporis, ſudorem et puluerẽ ab-
ſtergendos idoneum eſt. quę neceſſariò
cuiuis etiam ſano obueniunt: magis au-
tem ſanguineo, qui multum ſudat, &
grauiter olet. Qui ergo neglectis exer-
citijs

Solium dulcis aquæ, ſine lauatio.

Temperatum balneum.

Quouſq; lauandum.

Temperato homini quid balneum conferat.

citijs copioſo utuntur alimento,& multa recrementa in extima corporis regione congregant,ſudantq; plurimum, ijs tale balneum non ſolum utile, ſed etiam neceſſarium: cum eo tamen, ut utraq; concoctio prius ſit abſoluta, & ratio totius corporis habita. Præterea ſolium illud corpus emollit, uomitum facilem efficit, partes intentas & induratas reſoluit,humores liquat, concoquit, omnes ſuperuacaneos & inutiles, qui aut in carne,aut in ſolidis partibus continentur, præcipuè cuti ſubiectas euacuat:uocem iuuat:laſsitudinem diſcutit: maximè ſi oleum aquæ mixtum ſit, calorem moderatum conciliat, intemperiem inęqualem corrigit,ſomnum promouet,præſertim ſi caput perfundatur. calorem et ſqualorem, ſi ex itinere ac in ſolatu prouenerit, remittit, niſi quis diutius in eo immoratus ſit. Imò qui adeò exiccati ſunt, ut & os aridiſsimum habeãt,& ſiti maxime excrucientur,extemperato ſolio reficiuntur, totúmque corpus molle, & humidum ſqualore abſterſo conſequuuntur. Nam aquam inter-

Balneum ex aqua,oleo admixto quibus ex uſu ſit.

Temperati ſolij uires.

interdum à corpore attrahi in eo palam sentiunt. Similiter qui succis destituti fuerint, ex uigilijs, curis, itinere, cibis, medicamentis siccantibus, & ira, tempe rata eiusmodi lauatione humectantur, recreanturq;. Denicq; omnis siccitas, siue à calore, siue à frigore contracta, & æstus, illius usu emendantur: quia & solidas partes humore suo irrigat, & atrum humorem calore euacuat. Adhæc, quicquid fuliginosum & humidum est in corpore, elicit, carnem & cutem ad naturalem moderationem reuocat, solidas partes arefactas humefacit, cibum in uniuersum corpus distribuit, alimentum partibus nutriendis apponit. M. In quibus morbis temperatum solium conuenit? G. Diarijs febribus, quæ ex solis ardoribus, aut ex frigore, aut ex laboribus, aut ex cutis meatuum obstructione originem traxerunt. His autem laborantes magis in aëre balnei, quàm in aqua immorari debent, sicut ijs, quæ aliunde contrahuntur, affecti, in aqua melius resident. Hecticæ, quæ per se

Solium temperatum quibus competat.

infestat,

Hecticæ remedium temperatum balneum.

infestat, non alteri putridæ coniunctæ, præsens est remedium, antequàm illa in marcorem transierit. Non solùm autem hecticam, sed etiam frigidam, siccamq; intemperaturam, & senium ex morbo, modò si quis diuersos lauandi modos norit, in contrarium habitum mutare solet. At ex humorum putredine ortis

In febribus putridis quando balneum temperatum conueniat.

febribus, non nisi post concoctionem conuenit, nisi in tertiana legitima siccitas ingens urgeat, tunc illa expectanda non est. Quartanæ etiam congruit,

Lauacrum cui quartanæ prosunt.

quæ ex nimia humoris bilioſi aduſtione prouenerit. Sic destillationibus, grauedinibusq; pulmonis inflammationi,

Capitis dolores balneum discutit.

& laterum doloribus, postquam concoctionis notę apparuerint ex usu est. Cęterum capitis dolores discutit, quos aut humores, aut uapores sursum elati, exiguisq; cutis meatibus, impacti excitarint. Debet autem caput aqua perfundi, unde non modò excrementa quædam distribuuntur, sed etiam somnus conciliatur. Item capillis fluentibus prodest,

Ad capillos fluentes utile est.

si caput multo hydrolæo ungatur: nec

Ad siccitatem & uigilias.

non siccitati, & uigilijs phreniticorum, etiamsi

etiamsi febricitēt, utile est. Adhęc lethar go, ubi concoctio incœperit, totius cor- poris ratione prius habita, & comitiali, ubi non ex capite, aut stomacho, sed ex alia parte excitatus fuerit prodest. Verùm non continuè adhiberi debet, sed bis in septimana ante cibum, nec æger in balnei aëre diu uersari, quod Alexander docuit. Insuper melancholiæ ex acri humore ortæ prodest: nec nõ oculorum doloribus, qui ex crasso sanguine generantur, & lippitudini confert: alui profluuium sistit: uocem instaurat: inueterata lienis uicia, induratáque dissoluit, impositio malagmate, aut epithemate: colicum dolorem ex bilioſis humoribus obortum sanat, præsertim in ætate uigentibus, & calidiore temperatura præditis, sic ut partes affectæ ungantur oleo chamæmelino: totum autem corpus hydrelæo. at ex frigidis & crassis humoribus contractum mitigat quidem, sed non sanat. Podagræ ex bilioso humore creatæ, uesperi magis quàm manè conuenit. Nam post cibum assumptum, maximam uim ad cali-

Ad lethargo.

Ad comitialem.

Balneum ad colicum dolorem.

ad calidam intemperiem corrigendam obtinet, ita ut pedes frigida prius irrigẽtur, idq; in gracilioribus, ſiccioribus, & biliosioribus corporibus. Summatim omnibus confert extenuatis, quia non reſoluit, aut euacuat, ſed implet & humectat. Nocet autem corpori, quod omnibus æquè ſuccis ſcatet, græci πολυθωρικὸν appellant, quodq; uitioſis infeſtatur, illi κακόχυμον uocant, putredini ita obnoxium, ut hinc non modò ſpiritus, ſed etiam humores antè incaluerint. Nam febris putrida ſtatim comitatur, præſertim ſi minus accurata uictus ratio præceſſerit. Hecticę etiam quam Eryſipelas excitauit, aduerſatur, & capitis doloribus, quos calidi flatuoſiq; ſpiritus peperint, ob humorum prauitatem ſurſum elati. Adhæc principalioribus uiſceribus inflammationem expertis, aut imbecillis nocet, nec non ſi crudorum humorum copia in primis uenis exiſtat, qui ſolij calore in uniuerſum diſtributi corpus, horrorem, alioſq; affectus excitare ſolent: quanquã ille ſępius ex acribus, & biliosis humoribus proueniat.

Balneum dulcis æquæ temperatum quibus obſit

πολυθωρικὸν *corpus*

κακόχυμον.

Hectica ex Eryſipelate.

Inflammatio iuſſarum & cruditas humorum balneo non curandæ.

Quare

Quare quamprimum quis horrere in pericula ex illo cœperit, exire debet: alioquin in fe brem incidet, aut ea, si iam adest, intendetur, periculúmque est, ne humores ad pulmones, aut cor, aut cerebrum defluãt. Insuper podagricis, & articularijs obest, quòd ex illo humores ad partes imbecilliores destillent, sicut etiam ei insalubre est, cui sanguis ex naribus, aut alia quacunque parte profluit. Omnibus infestum est, qui uires habent imbecillas, aut cibum fastidiunt, aut uomendi desiderio tenentur, quod oris uentriculi uicio plærunque accidit: præterea ijs qui ructus bilem referentes edunt, quique in morbis nimia humorum licet utilium copia scatent, præsertim, si sanguinis fluxio metuatur. M. Quid faciendum si uires quidem balneum non ferant, morbus autem desideret? G. Aqua calida corpus perfundendum est. M. Quid calidius solium præstat? G. Calidius temperato solium calefacit quidem, sed non perinde humectat, eoque cùm humores dissoluere & corpus sudori-

Podagricis & articularijs cur balneum dulcis aquæ noceat.

Imbecillis, cibum fastidientibus, uomitu-riẽtibus ructibus, bilioſis et ſanguine abundantibus balneum aduerſatur.

Si morbus balneum poſtulet uiribus imbecillis.

Solium calidius.

bus digerere uolumus, usus illius exi-
stit. Quia uerò meatus corporis mani
festo contrahit, adeò ut nec humorẽ ex
ternum admittat, nec interna sub cute
excrementa per illos euacuentur, hor-
ror sæpè comitatur, corpus aũt primũ
augetur, deinde imminuitur. Quare
cum illud replendũ est, eatenus in bal
neo immorandũ est, dũ illud intume-
scat: cũ autẽ digerendũ, euacuandúm-
que, dum tumor in illo contractus sub
sidat. At cùm tàm frigida, quâm cali-
da aqua cutẽ cogat, & habitũ corporis
spissiorẽ reddat, is qui nimia exercita-
tione inanitus est, extenuatúsque pri-
mum calida utetur, ne assumptum ali
mentum foras erumpat, deinde frigi-
da, sed non diu, ne quam excalida uti-
litatem perceperit, longiore frigidæ
occursu abijciat. Febribus ex frigidis,
& crassis humoribus putrefactis, post
concoctionem ex usu est, ut quotidia-
næ & quartanæ, quæ ex humore me-
lancholico originem habet: colico do-
lori, ex similibus orto etiã calẽtis aquę
solium prodest. sic ut primum affecta
membra calidioribus unguentis illi-
nantur,

Horror quando ex balneo incidat.

Extenuatis quod utetur balneo.

Balneum dulcis aquæ, quibus febribus ex usu sit.

Colico dolori prodest.

nantur, anethino, gleucino, marciato, aut obducãtur nitro, aut ſinapi, totũq; corpus fricetur. Frigida lauatio totũ corpus refrigerat, cutem denſat, uires corroborat, iuuenibus duntaxat, carnoſisq; idoneũ, qui annum uigeſimũ quartum attingunt. In his bilioſos humores incraſſat, appetentiam auget, ſordes cutis abſtergit, aliaq; membra purgat. Item ijs conuenit, qui bona uictus ratione, cum aliàs, tum in exercitijs ſubeundis utuntur, nec non illis, qui ex itinere per ſolem exiccati ſunt. Veteres in fanis etiam ſolo balneo frigido, ſine calidi interuentu utebãtur, ſi modo exercitatio præceſſiſſet. M. In quibus frigidũ ſoliũ cõpetit? G. Omnibus febribus, quæ cum magna ſiccitate coniunctæ ſunt, ſiue in toto corpore ea ſuperet, ſiue in eo membro, quod febris ueluti focus eſt, et cuius etiam ſolidæ particulę primùm immoderatius ſunt calefactæ. Imò eiuſmodi ſolium febres magis interdum quàm calidũ iuuat, ſimplexq; magis quàm ſi ex medicamentis refrigerantibus

Frigida lauatio quid efficiat.

Solium frigidum quibus conducat.

compoſitum ſit, modò non ſint ex ery ſipelate, ſedigneo tantum calore ortę. Porrò cum nos ſæpè certam ægrorum naturæ cognitionem deſideremus, il-liq; interdum pauci ſanguinis, carnis & adipis, quę frigidæ occurſum ferre nequeunt, compotes exiſtant, ſemper temperatũ aquæ dulcis balneũ prius ingrediendũ eſſe, deinde frigidũ con-ſulimus. Nam temperata lauatio im-becillium corporũ gratia inuenta eſt, ut ea præcalefaciat, & ad frigidæ ſo-lium præparet, ſicut robuſtorum, et ſa norum corporũ exercitatio. At ægri nõ protinus ex temperata aqua in fri-gidam, ſed paulatim ex tẽperata in te-pidam, mox in paulo minus quàm fri-gidam, poſtremò in ſimplicem frigidã deſcendent. M. Quibus frigidum ſo-lium incõmodat? G. Inter ſanos qui-dem pueris, creſcentibusq; alĩs: item mulieribus et ſenibus, nec non omni-bus gracilibus & imbecillis. In illis quidẽ incrementũ retardat, in his colo rem natiuũ extinguit. In alĩs putridas febres, & bilioſas affectiones excitat.

Temperatum balneum cur prius conſu-latur.

Præparatio ad frigidum balneum.

Frigidum bal-neum quibus incommodet.

In creſcenti-bus.

Senibus.

nam

nam cũ ex eo meatus corporis obſtruantur, tranſpiratio recrementorũ prohibetur: ob quam humores putreſcũt, & membra principalia debilitantur. Adhæc frigidũ ſoliũ pectori infirmo obeſt: uocis raucedinẽ, & tuſsim inducit: cor etiam & ſtomachũ præſertim imbecillũ offendit, ſicut fortem iuuat. Inteſtinorum autem dolorẽ, & teneſmum parit: renes infirmos frigidosq́, & uterum lædit. menſtrua ſiſtit. Inter morbos autẽ primùm frigidis et humidis, deinde etiã febribus hecticis, tum quæ ex eryſipelate cõtractę ſunt, tum quæ iam in marcorem tranſierint, noxium eſt. Qui uel laconico, uel ſolio uti uelit, primùm curabit, ut ſi corpus humorũ copia repletũ, aut uicioſitate infectum ſit, euacuetur pro uiriũ et affectus ratione, alioqui fluxiones, et ex his podagram, alioſq́ morbos experietur: aut eos, ſi antè fuerint, augebit: Sin autẽ intẽperies ſola urgeat, aluus tantum deiicienda eſt. Cæterum laconici uſus, cum per ſe adhibendus, principio hyemis, & ueris conuenit, alioq́

Pectori infirmo.

Voci.

Cordi & ſtomacho.

Inteſtinis.

Quomodo & quando balneis dulcis aquæ utendũ.

Laconico quando utendum.

anni tempore, cum nec magnum frigus, nec ingens æstus est: idq; in sanis corporibus, quæ exercitia solita intermiserint, & copiosis cibis indulserint, modo nulla subsit cruditas. Quando autẽ æger in eo ad soliũ præparandus sit, ipsa rei necessitas indicabit. Solij uerò temperati, aut calidi usum, uer, æstas, et aliqua ex parte autumnus conuenit: sed frigida tempestas, quandocunq; fuerit, ei aduersatur. Porro calida ista in solijs lauatio cum ad frigidæ uelut præparamentũ in corporibus affectis existat, his idoneo tempore accõmendari debet. In fluuijs nõ quolibet anni tempore corpus lauandũ est, sed æstate, cũ feruentissima est, die etiã sereno, circa meridiẽ, quando sol maxime urit. In ægris autẽ solium frigidũ congruit, quãdo occasio se obtulerit, siquidem aërem arte possumus, si uel calidior, uel frigidior est, corrigere.

Solij tempus idonicum.

Quibus horis quotidie lauandum.

M. Quibus diei horis balneo utendũ est? Quando cibi pridie assumpti concoctio tùm in uentriculo, tũ in iecore absoluta apparet. M. Quibus notis? G. Si nulla tensio in præcordijs, nec grauitas

tas ſentiatur, nihilq; ſtomachus acidũ, aut nidorolentũ, aut cibi qualitatẽ, aut fœdũ aliquid eructet: alui autem dectio, & urinę pro aſſumptorũ ratione reſpondeant, ſicut antea expoſuimus. M. Quo morbi tempore lauandum ægris, quid ante balneũ, quid in eo, & quid poſtea agendũ eſt? G. Quibus uicijs balneũ utile eſt, ijs tunc conueniet, quando concoctionis illorum ſigna apparuerint. In febribus autem non ſolum cũ ipſæ iam abfuerint, ſed etiam cum acceſsiones earũ remittũt, nõ in principio, nec in augmento. Nã tũc cutis eſt aſtricta, et quę ſubeſt caro ſpiſſa, compreſſaq;. Cùm autẽ acceſsio declinat, tunc corpus mediocriter reſpirat, eóque omne quod fulginoſum, aut fumidũ intus erat, balneo euocat. Interdũ autẽ quamuis raro, etiam in ſummo acceſsionis uigore, balneo uti licet. Ante balnei ingreſsũ, ita te geres ut ſuperiùs in medicatis balneis te docui, nempe, ut aluus prius deijciatur, nam illud humores in corpore collectos, calore ſuo reſoluit, & liquat, ut poſtea ad debilia membra deſcendãt,

Quo morbi tempore lauandum.

In febribus cum remittũt aut abſunt.

In acceßione febris quando lauandum.

Ante balneũ quid agendũ.

Quietus & ieiunus lauare debet.

unde uarij,& inſperati morbi exoriuntur. Non ſit autem exercitatus, qui balneo utetur, ſed quietus,nec cibum potumq; ante illud ſumat. Nam hoc, caput repletur, illo alimentum ad caput & corpus uniuerſum, priuſquàm ſit concoctum,trahitur, unde obſtructiones in iecore,& rigores gignũtur. At ſi quis ſanus non poſsit manè ſatis ob negotia balneum ingredi, nec tam diu carere cibo,donec illo uſus fuerit, panis aliquid ſumat, nõ autem bibat, ne cibus ſtatim in corpus diſtribuatur. ubi uerò illud concoxerit, tutò ſe credet balneo. Infirmi & macelenti nõ nihil etiam aſſument, quod uires eorũ confirmet,qualia ſunt Electuaria & alia zaccharo condita. Si frigidus natura obſtructionẽ ex balneo metuat, medicamentũ Aromaticum roſatum: ſi bilioſus, oxymeli. ſin autem idem bilis motum cauere uelit, aliquid ex malo punico, aut panẽ in ſucco illius maceratum comedet. In balneo omni cibo,potu,& ſomno abſtinendum eſt. Nam crudi inde humores creati, uarios morbos pariunt. ſin autem uires a-

Cibus & potus ante balneum non confert.

In balneo quid agendũ.

deò imbecillæ uideantur, ut animi de-
fectionis metus sit, acetum & pulegi-
um naribus admouẽdum, aut aliquid
porrigendum, quod facilè in corpus
digeratur, ut mica panis ex uino, aut
electuarium, quod manus Christi ap-
pellatur, aut panis Marsicus. M. Quã-
diu immanendum balneis? G. Frigi-
da natura prædíti, nisi imbecilli sint,
diutius in eo perdurare possunt: tem-
perati, ubi rubere incœperint, exire de
bent, macilentis & imbecillis longa in
balneo mora officit. At diaria febri la-
borantes diutius in aëre balnei, quàm
in aqua immorabuntur. Hectici uerò
contra: nam hi prius calidæ, deinde fri
gidæ insidebunt, ut meatus aperti re-
stringantur, humidumq; in eis contẽ-
tum reseruetur. Qui balneis sani mul-
tùm oblectantur, & eis sunt assueti, in
morbis etiam bis, & si opus erit ter,
absq; detrimento lauare possunt: imò
si illis abstinent, offenduntur. Quan-
do autem toties quotidie lauant, qua-
tuor, aut quinq; horarum spacium sin
gulis uicibus interponi debet, ubi ter-

Quamdiu balneis immorandum.

Si quotidie sæpius lauandũ quot horæ intercedere debent.

tio balneo non opus est, longius fiat interuallum. M. Quid à balneo agendum est? G. Non statim cibus, aut potus sumetur, sed tempore aliquo interposito, donec perturbatio ex illo orta sedetur, quod etiam à labore est necessarium. Nam uinum si protinus bibatur ante alios cibos & potus, caput tentabit: frigida tum per se, tum etiam cum illo pota, principum membrorum uires corrumpit: imò sæpe totum corpus resoluit, utpote neruis inimica: Egressus igitur balneum, corpus pannis lineis probè inuoluet, ne articuli, caput, aut quoduis membrum ab aëre externo offendatur: deinde in tepidario, aut cubiculo calidiore abstergatur: si cutis sordida & pruriens, aspera sit, idq; celeriter, undiq; & multis simul manibus, ita tamen, ut ab ingrediente aëre tutus sit: mox in lectum calidum conscendet, ibiq; sudabit aliquandiu, deinde mollibus linteis, aut spongijs siccis abstergetur. In primis autem caput exiccandũ est, nam si recrementa eius ob cutem astrictam nõ exhalent,

A balneo quid agendum.

Vinum à balneo statim potum.

Aqua frigida pota à balneo.

Post balneum quomodo corpus tractandũ

exhalẽt, offendetur. His ſic ordine per actis, cibus primùm ſorbilis, ut iuſcula, deinde ſolidior dari debet, nunc largior, nũc parcior, pro uirium, morbi, conſuetudinis, aëris, & tẽporis ratione. At cùm alijs in rebus, tum in balnei uſu mediocritas ſeruãda eſt. nã frequẽs balneum calidũ, ſiue humidum, ſiue ſiccũ, corpora emollit, eneruatq; : immoderatius autẽ febrim etiã continentem excitat, naturã digerit, ſoluitq;, unde animi uiriũq; defectio, deniq; mors conſequitur. Nam cùm aër calidus nõ ſolùm ore, ſed etiam toto corporis ambitu attrahatur, cor refrigerio deſtituitur, eoq; ſuffocari cogitur. Frigidi aũt balnei immoderatio rigores neruorũ, conuulſionesq; parit, & tãdem natiuum calorẽ extinguit, in quo uita conſiſtit. M. Cur hodie medici in febribus curãdis, non utuntur balneis, quę tamen ueteres tanquam ſingularia illis remedia adhibuerunt? G. Cum homines intemperantiùs hodie uiuãt, et cibos ad oblectationẽ magis quàm ad ſanitatem tuendam pręparent, hu-

Cibus quando & quis captandus à balneo.

Mediocritas ſeruanda in omnibus.

Balneum immoderatius calidum periculoſum.

Frigidi balnei immoderatio.

Cur balnea hodie exoleuerint in febribus curandis.

mores

mores eorum ad fluxum & putredinẽ oportuniores existunt, eoq; balneorum usu facilè in abscessus conuertuntur. Quare illis uti nõ solùm in declinatione febrium, sed etiam in ipsis finitis periculosum est. imò infœliciter putridis, si ægri intemperantes sint, adhiberi solent: sin autem bona uictus ratione utantur, & corpori uniuerso primùm prospexerint, quo decet modo, forsan non inutile balneum etiam hodie in febribus esse poterit. M. Facilia paratu sunt ista balnea, fiuntné etiam alia ex herbis aquæ incoctis, ut sæpe aliâs à muliericulis didici? G. Non solùm ex herbis, sed etiam radicibus, seminibus, corticibus, & alijs. M. Quomodo & ad quos affectus? G. Tam ad internos, quàm ad exteriores: ad calidam quidem corporis intemperiem in hunc modum.

Balnea ex aqua simplici quibus obsint.

Balnea ex herbis & alijs rebus æquæ incoctis.

BALNEVM AD CALIDAM *intemperiem.*

Florum uiolarum, buglossi, cyrsij, singulorum pugilli quatuor: nym-

pheæ

pheæ pugilli duo. In aqua coquantur, quanta balneo satis esse potest. Recte interdum succi illarum aquæ calidæ commiscentur. Qui autem hoc balneo cum fructu uti uelit, primùm in aquæ tepidæ solium descendat, ut meatus abstergantur, aperianturq; deinde in hoc quod herbis constat, ingrediatur. M. Possuntne aliarum herbarum succi in eundem usum balneo infundi? G. In dubiè, ut solani, cucurbitæ, melonum, singulorum circa selibram. quòd si æger hectica laboret, unguento rosaceo secundum balneum illinatur, ne habitus corporis digeratur. Sin autem frigidam lauationem ferre nequeat, quæ aliâs in huiusmodi morbis calidam sequi debet, admisceantur balneo, folia salicis, myrti, uel horum penuria, aqua rosacea, uel myrtea. non parum enim ægri offenduntur, si ex sola aqua calida lauentur.

Balneum ex herbis incoctis ad intemperiem calidam.

Succi herbarum balneis infundi.

ALIVD

ALIVD AD INFLAMMATIO-
nem & duriciem mem-
brorum.

Balneum ad membra inflammata & dura.

Maluæ domeſticæ, maluæ ſyluatícæ, meliloti, ſingulorũ manipuli duo: ſeminis lini unciæ tres: fœnugræci unciæ duæ. Ex his in aqua coctis balneũ paratur.

ALIVD AD INFLAMMATIONEM
cùm adeſt fluxus.

Balneum ad inflammationẽ.

Plantaginis, polygonĩ, rubi foliorum, ſingulorum manipuli tres: malitorĩj uncię duę. Hęc in aqua coquantur, quanta balneo ſatis eſt.

ADINTEMPERIEM FRIGI-
dam, laßitudinem, tentionem & dolorem mitigandam.

Balneum ad laßitudinem, tentionem & dolorem mitigandum.

Pulegĩj, origani, hyſſopi, thymi, ſaturęię, ſingulorum manipulus: ſaluię, foliorum lauri, roris marini, chamępytios, pyrethri, ſingulorum manipulus dimidius. Hæc uel omnia, uel plura

ex

ex eis in aqua fontana coquantur, quã ta ad balneum satis est.

BALNEVM AD CVTIS uicia.

Cùm crustæ & squamę duræ cutem infestant, primùm ex emollientibus, leuiterq; abstergẽtibus: deinde ex his & siccantibus: tandem ex his, & modicè astringentibus balneum parari debet. *Balneum ad cutis uicia.*

EMOLLIENS BALneum.

Maluæ cum radicibus, acanthi uulgo brancæ ursinæ, uiolariæ, singulorum manipuli tres: mercurialis, parietariæ, betæ, singulorũ manipuli duo: seminis lini uncia. Coquãtur in aqua fluuiali, quanta ad balneum requiritur. In hoc bis quotidie æger resideat ad horam unam. *Balneum emolliens.*

BALNEVM ABSTERsorium.

Radicis bryoniæ, oxylapathi, ari, serpentariæ, singulorum libra: radi- *Balneum absterſorium.*

cis

cis haſtulæ regiæ uulgo aſphodeli, gentianæ, ſingulæ unciæ: ſtruthij ſeu radiculæ, uulgo ſaponariæ, parietarię, abſinthij, ſcabioſę uulgo dictę, cyrſij uulgo boraginis, ſingulorum manipulus: florum centaurei minoris pugilli tres: roſarum pugilli duo: lupinorum, fabarum integrarum, ſingulorũ ſelibra. Decoquantur omnia in aqua, quanta ad balneum ſatis eſt. Aeger in eo diutius reſidere poterit. Cęterum licet herbas & reliqua commemorata, uel augere, uel imminuere, pro morbi natura corporis habitu & uiribus.

BALNEVM ADMOVENdos menſes.

Balneum menſes prouocãs.

Radicis iridis ſelibra: galangæ craſſæ, radicis rubiæ tinctorum maioris, ſingulorum unciæ duę: radicis altheę, cyclamini, ſingulorum uncię tres: artemiſię, nepitę, parthenij, origani, ſingulorum manipuli duo: foliorum lauri tantundem: ſeminis ſeſeleos, ameos, petroſelini, ſingulorum ſeſquidrachma: ſeminis lini, fœnugreci utri

uſque

usque unciæ tres: florum sampsuchi, roris marini, stæchados arabici, cicerum rubrorum, summitatum sabinæ, singulorum pugilli duo: cinamomi drachmæ duæ. Omnia ex aquæ duabus portionibus, uini albi una incoquãtur: deinde mulier affecta balneo insideat, sic ut herbas commemoratas incoctas uentri inferiori admoueat.

BALNEVM VTERVM AD conceptionem corroborans.

Balneum corroborans uterum.

Radicis valerianæ sesquilibra: radicis cyperi, galangæ crassæ, enulæ campanæ, singulorum unciæ duæ: foliorum lentisci, arthemisiæ, origani, calamenti, lauendulæ, maioranæ, & foliorum lauri, singulorum manipuli quatuor: colliculorum lentisci, myrti, cupressi, singulorũ manipuli duo: seminis ameos, lẽtisci, & fœniculi, singulorum sescuncia: corticum malorum punicorum, singulorum unciæ duæ, aluminis drachmæ tres: rosa-

rum rubraũ ſtœchados arabici, florũ maioranę, ſingulorũ pugilli tres. Hęc ſimul incoquantur in aqua pluuiali, quanta ſatis eſt, uini rubri auſteri modico. In hoc balneo mulier inſideat poſt menſium fluorem finitũ. M. Ex quo alio humore quàm aqua ſiue ſimplici, ſiue cum alijs cocta balneum fieri poteſt? G. Ex lacte, aut uino, aut oleo. Ex lacte autem ad emaciatos, uiribus deſtitutos, & alimenti indigos: ex eius ſero, ad pruritum, & calorem cutis, maximè ad puerorum exanthemata, ex uino ad membra debilia corroboranda. M. Quomodo ex oleo?

Balneum ex lacte quibus conueniat.

Balneum ex uino quibus proſit.

BALNEVM EX OLEO.

G. Olei, quod ſolio immittetur, quinta pars ad ignem calefiet: reliqua portio deinde calfactæ adijcietur, atq; ſic æger in illud deſcendet. M. Quem uſum habet balneũ ex oleo? G. Confert febribus cum frigore accidentibus, doloribúsque neruorum inde ortis, con-

Balneum ex oleo.

Balnei ex oleo parandi modus & uires.

tis, conuulsioni ex punctura, aut uulsnere factæ: calorem natiuum corroborat: materiam noxiam resoluit: adhæc doloribus articulorum prodest, membrisq; lassatis, nec non colico affectui, ex recremẽtorum, aut flatuum retentione orto, si admixta fuerint quę discutiunt: calculi exitum è renibus promouere, & dolorem tollere usu comprobatum est. Quidam etiam huius beneficio calculo in canali penis retento liberatus est: vrinæ retentioni opitulatur. Quòd si uulpes in oleo cocta fuerit, articulorum doloribus, et podagræ unicè succurrit. In omnibus balneis manufactis cauendum est, ne imbecilli corpore illis insideant. M. Quid ergo agendum si ægri illud ferre, aut etiam habere nequeant, morbus autem requirat? G. Insessu utenatur. M. Formulas quasdam ad insessum præscribas. GERON.

INSESSVS AD RENES *inflammatos.*

Maluæ hortensis, altheæ, singulorũ *Insessus ad*

faſciculi manuales quatuor: ſeminis lini, fœnugræci, ſingulorum vnciæ duæ. Decoquantur in aqua. hæc poſtea uaſi ligneo altitudinis pedalis immittantur ad inſeſſum.

INSESSVS AD CALCVloſos.

Inſeſſus ad calculoſus.

Aquæ cæleſtis, uel niualis, uel roris, quæ præſtat, alijs permiſta, quantum ad inſeſſum ſatis eſt. In hac coquantur raparum fragmenta, uel integræ rapæ, paſtinacæ, ſiſeri herba, uel radices, chamœmelum, flores tapſi barbati, betonicæ purpureę uel albæ, prunellæ, aquilegij, rutæ muratię, arthemiſiæ, ſingulorum manipulus unus. Ideo autem balneũ adhibetur, ut corpus incaleſcat, maneatq; calidũ: ſed ita ut calor accitus humectet, non ſiccet, ac arefaciat, ſiue illud naturale, ſiue factitium ſit. Nam remediũ quod materiam calculi expellit, calidum extrinſecus, humidúmque eſſe oportet. aliâs tardè proficiet. ideò quoq; tum cibus tum potus ex eo genere eſſe debet, quod humores ad calculi generationem

tionem procliues, discutiat euacuetq;.

AD IDEM.

Cùm meatus renum emolliendi, dilatandiq; sunt, & dolor leniendus, sequens insessus conuenit: Radicis althęæ unciæ quatuor: foliorum eiusdẽ, maluæ, parietariæ, singulorum manipuli duo: spicæ, hoc est, radicis nardi manipulus dimidius: origani, calamenthi, betonicæ, abrotani, arthemisiæ, roris marini, petroselini, singulorum pugilli duo: seminis lini, fœnugręci, anisi, fœniculi, singulorum unciæ duæ: furfuris crassi, vulgo macri, pugilli quatuor. Sacculo indita exaqua coquãtur, quanta insessui satis sit. *Insessus ad calculum.*

ALIVS.

Maluæ, altheæ, chamœmeli, melilоti, parietariæ, scolopendrij, singulorum manipuli duo: radicis maluæ selibra: radicis fœniculi unciæ tres: seminis lini unciæ tres: fœnugræci unciæ duæ. rubeæ tinctorum uncia. Incisa in sacculo lineo, coquantur ad insessum.

INSESSVS AD COLICOS dolores mitigandos curandosq;

Insessus ad colicos.

Altheæ, rutæ, sampsuchi, arthemisiæ, singulorum manipuli duo: foliorum lauri unciæ duæ semis: seminis apij, anisi, cumini, singulorum unciæ duæ. In aqua decoquantur quanta sufficiat, ut foliorum dimidium repleat.

INSESSVS AD COLICVM & nephriticum dolorem.

Insessus flatus discutiens ad colicos & nephriticos.

Si flatus copiosi, uel humor frigidus urget, qui calefieri, extenuari, & incidi desideret, in hunc modum præscribito: Origani, calaminthæ, Turionum anethi, chamæmeli, sinonis, lauri, si haberi possit, singulorum manipuli quatuor: fœnugræci, seminis carui, cymini, anisi, fœniculi, singulorũ unciæ duæ: baccarum lauri semuncia. Quòd si uarij sint affectus, eorúmque causſæ diuersæ, plura medicamenta instituto idonea, adijcere licebit: ut si emollitione opus sit, folia maluæ, altheæ, parietariæ, ac uiolarum addes.

sin au-

sin autem incisio quædam, aut meatuum apertio requiratur, radices asparagi, rusci, apij, adiungentur. Ad uesicã calculosam eisdẽ utendum, ita tamen ut ruta addatur.

Ad uesicam calculosam.

INSESSVS AD MENSES *prouocandos.*

Artemisiæ, roris marini, thymi, marrubij, nepitæ, singulorum manipuli duo: sabinæ manipulus: foliorũ lauri pugilli tres: florum roriſmarini, sambuci, singulorum pugilli duo: radicis cyperi unciæ duæ: granorum iuniperi contusorum sescuncia. In sacculo coquantur ex aqua fluuiali quanta ad insessum requiritur.

Insessus ad prouocandos menses.

ALIVS.

Nepitæ, artemisiæ, thymi, saluiæ, singuli manipuli: foliorum lauri, silicis, singulorum manipuli duo: florum sambuci pugillus: radicis valerianæ, apij, petroselini, fœniculi singulorum unciæ duæ. Ex his in aqua decoctis fiat insessus, quo manè & uesperi ante cibum utendum est.

ALIVS AD MENSES INDVRA-tos, tumoresq; & dolores naturalium.

Inſeſſus ad menſes induratos & tumores naturalium.

Ex decocto fænugræci, ſeminis lini, pulegij, arthemiſiæ, cucumeris ſyluatici, radicis liliorum alborum, nec non dendromalachæ foliorum, omnium quantum conuenit: inſeſsus fiat, uel balneũ ſimplex dulcis aquæ, ut quod emolliat & humectet. Antea uerò quàm utaris aluus ſubdaci leuarique ueſica debet, nam his oppletis, & uterum qui medius inter illa conſiſtit præmentibus, menſes nimia anguſtia cohibentur tardanturq;.

INSESSVS AD HAEMORRHOIDAS.

Inſeſſus ad hæmorrhoidas.

Verbaſci, plantaginis, ſinguli manipuli: florum uerbaſci pugillus: ſeminis lini unciæ duæ: corticum malorũ punicorum, balauſtiorum, rhus obſoniorũ, baccarum myrti ſingulorum ſeſcuncia. In aqua & uino auſtero decoquantur ad inſeſsum.

INSES-

INSESSVS AD INFLAMmationem uteri.

Ruta, pulegium, nepita, marrubium, thymus, arthemisia, althæa & similia ad infessum decoquantur. post huius usũ, oleo laurino, uel nardino, uel anethino uterus ungatur.

Infessus ad uterum inflammatum.

INSESSVS AD TENESmum.

Maluæ, altheæ, uiolariæ, uerbasci singuli manipuli: florum uerbasci pugillus: seminis lini selibra. In horum decocto ex aqua æger ad umbilicum usq; insideat.

Ad teneſmum inſeſſus.

AD VVLNERA.

Aquæ & oleo, quæ mixta græci hydrelæon uocant, æquis partibus solio inditis, ægri ad umbilicum usq; insidebunt. M. Quæ aliæ corporis partes seorsum lauari solent.

Inſeſſus ad uulnera.

LOTIO CAPITIS EX lixiuio.

G. Quia cerebrũ natura humidũ est,

Lotio capitis. caput rarò lauari debet: quia uerò sordes ex sudoribus, & fuliginosis recrementis generantur, quæ meatus deinde occludunt, & transpirationem impediunt, interdum lotio ipsius concedenda est. In humidis autẽ & frigidis natura rariùs: in calidis & siccis frequẽtiùs. Ideo quidã singulis septimanis: quidam in mense tantùm: quidam uix in anno semel lauationem requirunt. Bene autem ea adhibetur corpore recrementis uacuo, & manè ante cibũ, sic tamen ut statim caput abstergatur linteis calidis, & exiccetur: capilli si ad sint extricentur: non autem expectandum donec caput, capilliq; per se exiccentur.

LIXIVIVM AD CEREBRVM memoriamq; iuuandam efficax.

Lixiuium pro cerebro & memoria. Id etiam uapores noxios extrahit: somnum facilem reddet: uertiginem tollit: quietem toti corpori conciliat: Chamœmeli herbæ & florum, saluiæ origa-

origani, betonicę singuli fasciculi, submittantur cineri in fundum, & superfundatur lixiuium cum aqua pluuiali, & pridie quàm caput lauetur, madefcat in eo facculus lineus ex rosarum rubrarum, maioranæ, lauandulæ, roriſmarini, spicæ, betonicæ, singulorũ modicè inciſorum, fasciculis exiguis: agarici mediocriter contusi drachmæ duæ. Inter lauandum sapo odorus in pomi figuram, pomatium uocant, addatur.

ALIVD IN FRIGIDO *affectu.*

Lixiuium in frigido affectu cerebri.

Sampſuchi, roriſmarini, melyſſophylli, singulorum sesqui manipulus: foliorum lauri, manipulus unus: florũ chamœmeli, stæchados, pseudonardi, seu lauendulæ, singulorum pugilli duo. Decoquantur in lixiuio, sacculo condita. horum iure caput, manè ante cibum corpore purgato, lauetur: mox siccetur, & contegatur.

ALIVD.

Saluię, roris marini, origani, calamin
(the sin-

gulorum manipulus: foliorum lauri manipulus dimidius: florum stæchados, heliochrysi, singulorum pugillus. Ex iure decocti caput irrigetur laueturq.

AD DESTILLATIONEM *sistendam.*

Lixiuium ad destillationem sistendam.

Sampsuchi, betonicæ, melissophylli, singuli pugilli: florum chamœmeli, stæchados, roris marini, heliochrysi singulorum pugilli tres: nigellæ Romanæ drachmæ duæ. Coquantur in lixiuio ex buxi cinere, & hoc caput rursum lauetur. Ad sordes autem capitis abstergendas lixiuiũ ex cinere sarmentorum conuenit. In ulceribus ex abrotano, & betonica lixiuium prodest. Ad furfures, ex ciclæ, parietariæ, & saponariæ decocto, uel succis lauetur. Idem etiam præstat lixiuium commune, cui iniecti sint malorum medicorum, & citreorum cortices, circa quadrantem, florum chamæmeli pugilli duo: foliorum lauri manipulus. Hæc autem modicè in lixiuio coqui,

Lixiuium ad abstergendas sordes capitis

Lixiuium in ulceribus.

Lixiuium ad furfures.

aut

aut aliquandiu macerari debent. M. Quid pedum lotio commodi adferr, & ex quibus parari debet?

PEDVM LOTIO.

G. Primùm noxios humores ex ſu pernis partibus ad infernas elicit: dein de etiam laſſitudinem diſcutit,& ſomnum conciliat,cùm aliâs,tum in febribus ardentibus, antequam ægri ſe ad illum componant. Non autem pedes rurſus abſtergentur ,ſed linteo humido inuuluentur. Quinetiam naturalia & aures rectè eodem iure abluentur: quia cùm neruoſæ partes ſint, refrigerium, humectationemq; cerebro lege conſortij communicant. Parabitur autem lauacrum pedum ex maluę recentis,cucumeris,cucurbitæ,uiolarũ,ſingulis pugyllis in aqua ad horam dimidiam decoctis,ueſperi ante cibũ, aut longiſſimè poſt ipſum eo utitor. Deus OPT. MAX. faxit,ut omnia quę hactenus tibi ex aquis ſiue medicatis ,ſiue dulcibus , ſiue alijs humoribus re-

Lotio pedum.

media recensui, feliciter succedant: quòd indubiè fiet, si morborum sanationem non tibi, artiq; & eruditioni tuæ, sed potius benignitati, & gratię summi nostri archiatri Iesu Christi ascribas.

ARGENTORATI,

Excudebat Theodosius Rihelius.

Anno. M. D. LXV.

43126

5

Lupinus ad pediculos, Fit ex Lupinis, sic Mirtus,
Corticaria; pediculosa Nucis Cupressi mirtus Nucis

Nucum
Castanearum glandium
Colocynthidum brassicæ.
Semen Zanthi
Fœni græci
Tamarindi anothi 98.
Sinonis

BIBLIOTECA

ATENE

VENEZI